Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistolae

M.

Cicero

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca



# M. TVLLII CICERONIS FRAGMENTORVM TOMVS PRIMVS,

*

*Qui continet orationes, quarum elenchus ſubſequitur.*

EX ANDR. PATRICII
ſecunda editione.

*Pro M. Tullio.*
*Pro L. Vareno.*
*Cum Lilybæo decederet.*
*Pro P. Oppio.*
*Pro C. Manilio.*
*Pro M. Fundanio.*
*Pro C. Cornelio II.*
*In toga candida.*
*Pro Q. Gallio.*
*De L. Othone.*
*De proſcriptorum liberis.*
*Contra concionem Q. Metelli.*
*De conſulatu ſuo.*
*In Clodium & Curionem.*
*De Rege Ptolemæo.*
*Pro P. Vatinio.*
*Pro M. Aemilio Scauro.*
*Pro A. Gabinio.*

Item Fragmenta orationum.

*Pro P. Quinctio.*
*Pro M. Fonteio.*
*De lege Agraria.*
*In L. Piſonem.*

Item ex commentariis.

# PRO M. TVLLIO.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## ORATIO I.

Deeſt principium.

*

HOC iudicium ſic exſpectatur, vt non vnæ rei ſtatui, ſed omnibus conſtitui putetur. Priſcianus lib. 6.

*

Fundum habet in agro Tigurino M. Tullius paternum. Quinct. l. 4. c. 2.

*

Dico, vim factam à P. Fabij familia: aduerſarij non negant. damnum datum eſſe M. Tullio cõcedis. vici vnam rem. vi, hominibus armatis: non negas. vici alteram. dolo malo: factum negas. de hoc iudiciũ eſt. Victor. 1. de inuent.

*

Damnum paſſum eſſe M. Tullium, cõuenit mihi cum aduerſario. hominibus armatis rem eſſe geſtam, non inficiantur. à familia P. Fabij commiſſam, negare non audent. iam dolo malo factum ambigitur. Marcianus Capella l. 5.

*

Quis hoc ſtatuit vnquam, aut cui concedi, ſine ſummo omnium periculo, poteſt, vt eũ iure potuerit occidere, à quo metuiſſe ſe dicat, ne ipſe

poſte



poſterius occideretur. Quinct. li. 5. c. de refut.

*

Si quis furem occiderit, iniuria occiderit, quamobrem? quia ius conſtitutum nullum eſt. quid ſi ſe telo defenderit? (haud) iniuria, quid ita? quia conſtitutum eſt. Rufinianus in apophaſi.

*

Cetera deſunt.

# PRO L. VARENO.

## ORAT. II.

Deeſt principium.

*

AMICI deficiunt, cognati deſerunt. Seuerian.

*

In inimiciſſima ciuitate vrgent, inſtant, inſequuntur ſtudio, multitudine, pecunia, periurio pugnant.

*

C. Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate. Priſc. l. 7.

*

* in præfectura Fulginate. Priſc. l. 7.

*

Cum iter per agros, & loca ſola faceret, cũ Populeno in familiam Ancharianam incidiſſe dixerunt. deinde Populenum occiſum eſſe, illico Varenum vinctum adſeruatum, dum hic



oſten

oſtenderet, quid de eo fieri vellet. *Quinct. lib.5.cap.13.*

*

*Nam C. Varenum occidendo, Cnæum vulnerando, & Salarium item occidendo cadit. Quinct.l.7.c.1.*

*

*Tum C.Varenus, is, qui à familia Anchariana occiſus eſt. Hoc quæſo, iudices, diligenter attendite. Quinct.l.4.c.1.*

*

** L. ille Septimius diceret. etenim eſt ad L.Craſſi eloquentiam grauis, & vehemens, & volubilis. Erucius hic noſter Antoniaſter eſt. Priſc.l.3. Quinct.l.8.c.3.*

*

*Ea cædes ſi potiſſimum crimini datur, detur ei, cuia interfuit, non ei, cuia nihil interfuit. Priſc.l.12.*

*

*Optio vobis datur, vtrum velitis, caſu illo itinere Varenum eſſe vſum, an huius perſuaſu, & inductu. Quinct.l.5. c.10.*

*

*Deum fidem. Priſc.l.7.*

*

Deſunt reliqua.





## CVM QVÆSTOR LIlybæo decederet.

ORAT. III.

Prima, & extrema deſunt.

*

QVOD *non detrectare militiam, ſed defendere prouinciam iudicata eſt. Fronto.*

## PRO P. OPPIO.

ORAT. IIII.

Deeſt principium.

*

VTRVM *cum Cottam appetiſſet, aut cum ipſe ſeſe conaretur occidere, telum ei è manibus ereptum eſt? Quinct.l.5.c.10.*

*

*Quos educere inuitos in prouinciam nō potuit, eos inuitos retinere qui potuit? Quinc.l.5.c.10.*

*

*At enim veriſimile non eſt, tantum ſcelus M. Cottam eſſe commentum. quid? hoc veriſimile eſt, tantum ſcelus Oppium eſſe conatum? Quinct.lib.11.cap.1.*

*

** quæſtuſque mecum eſt. Fronto.*

*

*Etenim multum poſſe ad ſalutem alterius, ho-*



Universidad de Deusto Biblioteca

nori multis: parum potuiſſe ad exitium, probro nemini fuit. Marcel. lib.30.

*

O amorem mirum: ô beneuolentiam ſingularem. Quinct. l.9.c.2.

*

Cetera deſiderantur.

---

## PRO C. MANILIO.

### ORAT. V.

*

HOC ego non ſolum confiteor, verumetiam profiteor. Nonius, Confiteor.

*

Nimirum deſunt cetera.

---

## PRO M. FVNDANIO.

### ORAT. VI.

Deeſt principium.

*

NON modo hoc à Villio Annale, ſed vix mehercule à Q. Mutone factum probari poteſt. Priſc. lib.7.

*

Eſſet ne id, quod Meno nunciaſſet. Priſc.16.

*

Arcades ſe proſelenos eſſe aſſerunt. Seruius in 2. Georg.



2. Georg.

*

*Commiſſura* Seruius in 9. Aeneid.

*

*puncta. *Acro in poët.

*

Deſcripſiſtine eius neceſſarium, noſtrum competitorem? iſtum ipſum, cuius nunc ſtudio, & gratia tota accuſatio iſta munita eſt. Boët. de definit.

*

Plura deſunt.

---

## PRO C. CORNELIO I.

### ORAT. VII.

*

VT ab Ioue optimo maximo, ceteriſque dijs deabuſque omnibus opem, & auxilium petamus. Priſc. l.6.

*

*verſu à primo circiter CLXI.

Poſtulatur apud me prætorem primum de pecunijs repetundis. proſpectat videlicet Cominius, quid agatur. videlicet homines fæneos in medium, ad tentandum periculum, proiectos. Aſconius Pedianus.

*

Quid Metellus ſumma nobilitate, ac virtute, cum bis iuraſſet, ſemel priuatim, iterum priuatum



Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca



*uatum parte publicæ legis deiectus eſt ratione, an vi, an veri ſuſpicionem animi tollit. C.Curionis virtus, ac dignitas, & Q.Metelli adoleſcentia ad ſummam laudem omnibus rebus ornata. Aſconius.*

*

*Legem, inquit, de libertinorum ſuffragijs, Cornelius C.Manilio dedit. quid eſt hoc? dedit, an tulit, an rogauit, an hortatus eſt? nam tuliſſe ridiculum eſt. quaſi legem aliquam aut ad ſcribendum difficilem, aut ad excogitandum reconditam. quæ lex paucis his annis non modo ſcripta, ſed etiam lata eſſet. Aſcon.*

*

*In quo cum multa reprehenſa ſint, tum in primis celeritas actionis. Aſcon.*

*

*Petiuit tamen à me prætore maxima conteſtatione, vt cauſam Manilij defenderem. Aſcon.*

* verſu à primo DCCCCI.

*Nam cum is tribunus pl. duas leges tuliſſet in eo magiſtratu, vnam pernicioſam, alteram egregiam, quod ſumma rep. non hæſit, id ab illo tribuno abiectum eſt. bonum autem, quod ſumma rep. manet, id extra ordinem fuit. Aſconius.*

*

*Alijs ille in illum furorem magnis hominibus auctoribus impulſus eſt, qui aliquod inſtitui*

exem



*exemplum diſturbandorum iudiciorum pernicioſiſſimum, temporibus ſuis accommodatiſſimum, meis alieniſſimum rationibus cupierunt. Aſconius.*

* ver. circiter ∞ XI.

*Poſſum dicere hominem ſumma prudentia clarum C. Cottam de ſuis legibus abrogandis ipſum ad ſenatum retuliſſe. Poſſum & eiuſdem Cottæ legem de iudicijs priuatis, anno poſtquam lata ſit, à fratre eius (abrogatam) legem Liciniam & Muciam de ciuibus regundis video conſtare inter omnes, quam duo conſules omnium, quos vidimus, ſapientiſſimi tuliſſent, non modo inutilem, ſed pernicioſam reip. fuiſſe. Aſconius.*

*

*Quattuor omnino genera ſunt, iudices, in quibus per ſenatũ, more maiorum, ſtatuatur aliquid de legibus. vnum eſt eiuſmodi, placere legem abrogari, vt Q. Cæcilio, M.Iunio coſſ. quæ leges rem militarem impedirent, vt abrogarentur. alterum, quæ lex lata eſſe dicatur, ea non videri populũ teneri, vt L. Marcio, Sex. Iulio coſſ. de legibus Liuijs. tertium eſt de legum derogationibus, quo de genere perſæpe S. C. fiunt, vt nuper de ipſa lege Calpurnia, quæ derogaretur. Aſconius.*

*

*Nihil ſenatui detraxiſſe Cornelium. Fronto.*

P.Afri

Universidad de Deusto Biblioteca

*

*P. Africanus ille ſuperior, vt dicitur, non ſolum à ſapiētiſsimis hominibus, qui tum erant, verum etiam à ſe ipſo ſæpe accuſatus eſt, quod cum conſul eſſet cum Ti. Longo, paſſus eſſet, tum primum, à populari conſeſſu, ſenatoria ſubſellia ſeparari. Aſcon.*

*Circa medium.

*Eſt vtiius vetandi, cum ea feratur, quamdiu ferundi transferuntur, id eſt lex*dum priuati dicunt,*dum ſitella defertur, dum æquātur ſortes, dum ſortitio fit, & ſi qua ſunt huius generis alia. Aſcon.*

*

*Ex promulgatione trinundinum dies ad ferendum, poteſtaſq; veniſſet. Priſcian. lib. 2.*

*

*Codicem attigit. Quinct. lib. 5. c. 3.*

*

*paullo poſt.

*Vnum tamen, quod hoc ipſo tribuno pl. factum eſt, prætermittendum non videtur: neq; enim maius eſt legere codicem, cum intercedatur, quam ſitellam ipſam cum ipſo interceſſore deferre; nec grauius incipere ferre, quam perferre; nec vehementius oſtendere ſe laturum, inuito collega, quam ipſi collegæ magiſtratum abrogare; nec criminoſius tribus ad legem accipiendam, quam ad collegam reddendum pri-*

*uatum*



*uatum introuocare. quæ vir fortis, huius collega, A. Gabinius in re optima fecit omnia, neque, cum ſalutem populo Rom. atq; omnibus gentibus finem diuturnæ captiuitatis, turpitudinis, & ſeruitutis afferret, paſſus eſt, plus vnius collegæ ſui, quam vniuerſæ ciuitatis vocem valere, & voluntatem. Aſcon.*

*

*At enim de corrigenda lege retulerunt. Aſcon.*

*

*Idē, niſi hæc ipſa lex, quàm C. Cornelius tulit, obſtitiſſet, decreuiſſem, id, quod palā iam iſti defenſores iudiciorum pugnauerunt, ſenatui non placere, id iudicium de Syllæ bonis fieri. quam ego cauſſam longe aliter prætor in concione defendi, cum id dicerem, quod ĳdem iudices poſtea ſtatuerunt, iudicium æquiore tempore fieri oportere. antea vero quam multarum rerum iudicia ſublata ſint, & quia ſcitis, prætereo, & ne quem in iudicium oratio, mea reuocare videatur. Aſcon.*

*paullo poſt.

*Non Cn. Dolabella C. Volcatium, honeſtiſſimū virum, communi & quotidiano iure priuaſſet, nō denique homo illorum & vita & prudentia longe diſsimilis, ſed tamē nimis in gratificando iure liber L. Siſenna, bonorum Cn. Cornelĳ poſſeſsionem ex edicto ſuo P. Scipioni adoleſcenti ſumma nobilitate, eximia virtute*

*prædito,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædito, ded ſſet. Quare, cum ambitum popu
lus Rom. videret, & cum à tribunis pl. doce
retur, niſi pœna acceſſiſſet in diuiſores, exſtin
gui nullo modo poſſe, legem hanc Cornelij fla
gitabat, illam, quæ ex S. C. ferebatur, repu
diabat. idque vir is doctiſſimus duorum con
ſulum deſignatorum calamitate. Aſcon.

*

Repugnat enim, vt diuiſores, quos honoris ſui
miniſtros eſſe voluerat, lege ambitus vellet af
fligere. Marc. Cape.

*Paullo poſt.

Vt ſpectaculum illud duorum deſignatorũ coſſ.
calamitate, re, & tempore ſalubre, ac neceſ
ſarium, genere, & exemplo miſerum, ac fune
ſtum videremus. Aſconius.

*

Quid ego nunc argumentis tibi reſpondeam,
poſſe fieri, vt alius aliquis Cornel. ſit, qui ha
beat Philerotem. res (nota eſt) vulgare nomẽ
eſſe Philerotis, Cornelios vero ita multos, vt
iam etiam collegium conſtitutum ſit. Aſcon.

*

At enim extremi, ac difficillimi temporis vocem
illam, C. Corneli conſulem mittere coëgiſti,
qui rem p. ſaluam eſſe vellent, vt ad legem
accipiendam adeſſent. Aſcon.

*

Ante veſtros annos propter illius tribuni pl. te-
meri



meritatem poſſe adduci, vt omnino ne illius
poteſtate abalienemur. * Qui reſtituerunt
eam poteſtatem, alterum nihil vnum poſſe cõ
tra multos, alterum longe abeſſe. Aſcon.

*

Tanta igitur in illis virtus fuit, vt anno XVI.
poſt reges exactos, propter nimiam dominatio
nem potentium, ſecederent, leges ſacratas ipſi
ſibi reſtituerent, duos tribunos crearent, mon
tem illum trans Anienem, qui hodie mons Sa
cer nominatur; in quo armati conſederant,
æternæ memoriæ cauſſa conſecrarent. itaque
auſpicato poſtero anno X. tribuni pl. comitijs
curiatis creati ſunt. Priſc. lib. 6.

*

Tum, interpoſita fide per tres legatos, ampliſſi-
mos viros, Romam armati reuer(terunt) in
Auentino conſederunt. inde armati in Capi-
tolium venerunt. decem tribunos pl. per pon-
tificem, quod magiſtratus nullus erat, creaue
runt. Etiam hæc recentiora prætereo, ponam
principium iuſtiſſimæ libertatis Caſſiam, qua
lege ſuffragiorum ius poteſtaſq; conualuit, al
teram Caſſiam, quæ populi iudicia firmauit.
Aſconius.

*

Qui non modo cum Sylla, verum etiã, illo mor
tuo, ſemper hoc per ſe ſummis opibus retinẽ-
dum putauerunt, inimiciſſimi C. Cottæ fue-
runt

Universidad de Deusto Biblioteca

*runt, quod is conſul paullum tribunis pl. non poteſtatis, ſed dignitatis addidit. Aſcon.*

*

*Quamdiu quidẽ hoc animo erga vos illa plebs erit, quo ſe oſtendit eſſe, cum legem Arueliã, cum Roſciam non modo accepit, ſed etiam efflagitauit. Aſconius..*

*

*Memoria teneo, cum primũ ſenatores cum equitibus Romanis lege Plotia iudicarent, hominem dijs, ac nobilitati perinuiſum Cn. Pompeium, cauſſam, lege Varia, de maieſtate dixiſſe. Aſcon..*

*

*Quæ intermiſſa complureis annos. Priſc.l.7.*

*

*Num alicui gratificabatur, aut homini, aut ordini? Priſc.l.8..*

*

*Cœptum igitur per eos, qui agi volebant, deſitũ eſt per hunc, qui deceßit. Priſc.l.10.*

*

**circuitis roſtris eijcerentur lapidibus homines. Priſc.l.8..*

*

**refertum tribunicijs legibus, exhauſtum à quibus ſit, ipſi ſciunt. Aquila.*

*

**qui eloquentia ceteris antecellit. Priſc. l. 10.*

Demi



*

*Demi medius fidius de his tormentis aliquantum malim. Fronto.*

*

*Ad miſerrimum, crudelißimumque dominatum dedi patiamini. Fronto.*

*

*Cur nunc redeant, ſi tunc gratiæ conceſſerint. Fronto.*

*

*Quid, quod ne cum ijs quidẽ expertus es, quos duces operarum fuiſſe dixiſti? Fronto.*

*

*Eiuſmodi mihi duos laqueos in cauſſa eſſe propoſitos, vt ſi me altero expediſſem, tenerer altero. Fronto.*

*

*Aperuit fores ſcalarũ. Acron Serm. Horat. lib. 1.*

*

*Legite, vt legebatis hinc intelligetis nulla tenuißima ſuſpicione deſcribi, aut ſignificari Cornelium. Boeth. definit.*

*

Cetera deſunt.

---

## PRO C. CORNELIO II.

### ORAT. VIII.

**Deeſt initium.**

b PVGN

Universidad de Deusto Biblioteca

*

PVGNEM *aperte contra nobiliſsimorum hominum voluntates? ſtudia, conſilia, cogitationeſq ue eorum aperiam?* Aquila.

*

O *callidos homines, ô rem excogitatã, ô ingenia metuenda, teſtes dare volumus. quem quæſo noſtrum ſefellit, ita vos eſſe facturos?* Cicer. *in oratore.*

*

*Num in eo, qui ſint hi teſtes, hæſitatis? ego vobis edam duos. reliqui ſunt de conſularibus, inimici tribuniciæ poteſtatis. pauci præterea aſſentatores eorum, atq; aſſeclæ ſubſequuntur.* Aſconius.

*

Sed *ſi familiariter ex* Q. Catulo, *ſapientiſsimo viro, atq; humaniſsimo velim quærere, vtrius tandem tibi tribunatus minus probari poteſt.* C. Cornelij, *an, non dicam* P. Sulpicij, *non* L. Saturnini, *non* C. Gracchi, *non* Tiberij: *neminem, quem iſti ſeditioſum exiſtimant, nominabo, ſed auunculi tui,* Q. Catule, *clariſsimi, patriæque amantiſsimi viri, quid mihi tandem reſponſurum putatis?* Aſcon.

*poſt xx. verſus à præcedenti.

Q*uid? auũculus tuus, clariſsimus vir, clariſsimo patre, auo, maioribus, credo, ſilentio, fauente nobilitate, nullo interceſſore comparato, popu*





*lo* R. *dedit, & potentiſsimorum hominum collegijs eripuit, cooptandorum ſacerdotum poteſtatem?* Quid? *idem* Domitius M. Silanum, *conſularem hominem, quemadmodum tribunus pl. vexauit?* Aſcon.

*

H*æc eſt controuerſia einſmodi, vt mihi trib. pl.* Cn. Domitius, Catulo M. Terpolius *contemptiſsim um nomen eiectum eſſe ex ijs, qui tribuni p l. fuerunt.* Aſcon.

*

N*am neque me diuitiæ mouent, quibus omnes* Africanos & Lælios *multi venalicij mercatoreſque ſuperarunt, neq; veſtis, aut cælatum aurum & argẽtum, quo noſtros veteres* Marcellos Maximoſq; *multi eunuchi* Syria Aegyptoq; *vicerunt. neque vero mouent me ornamenta iſta villarum, quibus* L. Paullum, & L. Mummium, *qui rebus his vrbem,* Italiamq; *omnem referſerunt, ab aliquo video perfacile* Deliaco, *aut* Syro *potuiſſe ſuperari.* Cicer. *in* Orat. Quinct. *lib.* 9. *c.* 4. Priſc. *l.* 10.

*

Q*uis tam abundans copijs?* Priſc. *l.* 8.

*

D*a enim mihi poteſtatem eos, qui tum affuerũt* Cornelio, *nominandi.* Fronto.

*

F*acite, vt facitis, qui ad cauſſam adeſtis.* Frõto.

Universidad de Deusto Biblioteca

*

*Quid enim mihi certamen eſt cum accuſatore, aut contentio? Fronto.*

*

*Qui commodis populi R. lingua duntaxat ac voluntate conſuluit. Fronto.*

*

*Expelleret à diſpenſantibus. Fronto.*

*

*Sed ad vrbem dierum tres fuerunt complurium. Fr.*

*

*Quam diligẽtes libertatis vos oporteat eſſe Fr.*

*

*Si vos huius fortunas paucorum odio adiudicaueritis. Fronto.*

*

Extrema deſunt.

## CONTRA C. ANTONIVM & L. Catilinam competitores, in toga candida. ORAT. IX.

Deeſt principium.

*

DICO P.C. *ſuperiore nocte cuiuſdam hominis nobilis, & valde in hoc largitionis quæſtu noti, & cogniti, domum Catilinã, & Antoniũ, cum ſequeſtribus ſuis, conueniſſe. Aſcon.*

*

*Quem enim, aut amicum habere poteſt is, qui tot ciues trucidauit, aut clientem, qui in ſuæ ciuitate cum peregrino negauit ſe iudicio æquo certare poſſe? Aſcon.*

*

*(Nec) ſe iam tum reſpexit, cum grauiſſimis veſtris decretis abſens notatus eſt. Aſcon.*

*

*In iudicijs quanta vis eſſet, didicit, cum eſt abſolutus: ſi aut illud iudicium, aut illa abſolutio nominanda eſt. Aſcon.*

*

*Quem, cum in Syllanis partibus fuiſſet, crudeliter feciſſe conſtat, quod Q. Cæcilium, M. Volumnium, L. Tantaſium occiderit. Aſcon.*

*

*Populum vero, cum inſpectante populo collum ſecuit hominis maxime popularis, quanti faceret, oſtendit. Aſcon.*

*

*Me, qua amentia inductus eſt, vt contemneret, conſtituere non poſſum. vtrum æquo animo laturum putauit? an in ſuo familiariſſimo non viderat, me ne aliorum quidem iniurias mediocriter poſſe ferre? Aſcon.*

*

*Alter pecore omni vendito, & ſaltibus prope addictis, paſtores retinet, ex quibus ait, ſe, cũ*

 velit,

Universidad de Deusto Biblioteca

*velit, ſubito fugitiuorũ bellum excitaturum. alter induxit eum, quem potuit, vt repente gladiatores populo non debitos polliceretur, quos ipſe conſularis candidatus perſpexit, & legit, & emit. præſente populo Romano factum eſt. Aſcon.*

*

*Quamobrẽ augere etiam mercedes ſi vultis, Q. Mucium peruerti legem impedire, vt cœpit ſenten.* COS *.ſed ego ea lege contentus ſum, qua duos conſules deſignatos vno tempore damnari vidimus.*

*

*Te tamen, Q. Muci, tã male de rep. exiſtimare, moleſte fero, qui heſterno die me eſſe dignum conſulatu negabas. quid? populus Romanus minus diligenter ſcit ſibi conſtituere defenſorem, quam tu tibi? qui, cum te furti L. Calenus ageret, me potiſſimum fortunarum tuarum patronum eſſe voluiſti. & cuius tu conſilium in tua turpiſſima cauſſa delegiſti, hunc honeſtiſſimarum rerum defenſorem populus Rom. auctore te repudiare poteſt? niſi forte hoc dicturus es quo tempore à L. Caleno furti delatus ſis, eo tempore in me tibi parum auxilij eſſe vidiſſe. Aſcon.*

*

*Atque, vt iſtum omittam, in exercitu Syllano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria*



*via quadrigarium. Aſcon.*

*

*Te vero Catilina cõſulatũ ſperare, aut cogitare non prodigium, atque portentum eſt? à quibus enim petis? à principibus ciuitatis? qui tibi, cum L. Volcatius conſul in conſilio fuiſſet, ne petendi quidem poteſtatem eſſe voluerunt? à ſenatoribus? qui te auctoritate ſua, ſpoliatum ornamentis omnibus, vinctum pæne Africanis oratoribus tradiderunt? ab equeſtri ordine? quem trucidaſti. à plebe? cui ſpectaculũ eiuſmodi tua crudelitas præbuit, vt nemo ſine luctu aſpicere, ſine gemitu recordari poſſet. Aſc.*

*

*Quod caput, etiam tum plenum animæ, & ſpiritus, ad Syllam, vſq; ab Ianiculo ad ædẽ Apollinis, manibus ipſe ſuis detulit. Aſcon.*

*

*Quid? tu potes in defenſione tua dicere, quod illi ne dixerunt? quid tibi dicere non licebit. Aſconius.*

*

*Denique illi negare potuerunt, & negauerunt, tu tibi ne infitiandi quidẽ impudentiæ locum reliquiſti, quare præclara dicentur iudicia tulliſſe ſi qui infitiantẽ Luſcium condemnarunt, Catilinam abſoluerint confitentem. Aſcon.*

*

* *auunculum tuum. Aſcon.*

 *Is

Universidad de Deusto Biblioteca

*

Is ergo negat ignarum eſſe, cum etiam illi, imperitos ſe homines eſſe, & ſi quem etiã interfeciſſent, imperatori, ac dictatori paruiſſe dicerent, ac negare quoque poſſe: Catilinam vero inficiari non poſſe. Aſcon.

*

Hanc tu habes dignitatem, qua fretus me contemnis & deſpicis? an eam quam reliqua vita es conſecutus? cum ita vixiſti, vt non eſſet locus tam ſanctus, quo non aduentus tuus, etiam cum culpa nulla ſubeſſet, crimen afferret. Aſconius.

*

Cum deprehendebare in adulterijs, cum deprehendebas adulteros ipſe, cum ex eodem ſtupro tibi, & vxorem, & filiam inueniſti. Aſcon.

*

*ſtupris ſe omnibus, ac flagitijs contaminauit, cæde nefaria cruẽtauit, diripuit ſocios, leges, quæſtiones, iudicia violauit. Aſcon.

Quid ego, vt violaueris prouinciam, prædicem? cuncto populo Rom. clamante ac reſiſtente? nam, vt te illic geſſeris, non audeo dicere, quoniam abſolutus es. mentitos eſſe equites R. falſas fuiſſe tabellas honeſtiſſimæ ciuitatis exiſtimo. mẽtitum Q. Metellum Pium, mentitam Africam, vidiſſe puto neſcio quid illos iudices, qui te innocentem iudicarunt. O miſer,



qui non ſentias, illo iudicio te non abſolutum, verum ad aliquod ſeuerius iudicium, ac maius ſupplicium reſeruatum. Aſcon.

*

Prætereo illum nefarium conatum tuum, & pæne acerbum, & luctuoſum populo Rom. diem, cum Cn. Piſone ſocio, neque alio nemine, cædem optimatum facere voluiſti. Aſc.

*

An oblitus es, te ex me, cum præturam peteremus, petiſſe, vt tibi primum locum concederem? quod cum ſæpius ageres, & impudentius à me contenderes, meminiſti me tibi reſpondere, impudenter te facere, qui id à me peteres, quod auunculus numquam impetraſſet? Neſcis me prætorem primum eſſe factum, te conceſſione cõpetitorum, & collatione centuriarum, & meo maxime beneficio, è poſtremo in tertium locum eſſe ſublectum? Aſcon.

*

Qui poſteaquam illo, vt conati erãt, Hiſpanienſi pugiunculo neruos incidere ciuium R. non potuerũt, duas vno tempore conãtur in remp. ſicas diſtringere. Aſcon.

*

Hunc vos ſcitote Licinium gladiatorem iam immiſiſſe cupidum Catilinæ iudices, Quinctumque Curium, hominem quæſtorium. Aſcon.

*

extremum deeſt.

## PRO QV. GALLIO.

ORAT. X.

Deeſt principium.

*

* *vt clamor, vt conuiuium mulierum, vt ſymphoniæ cantus. Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes, partim heſterna potatione oſcitantes. verſabatur inter hos Gallius vnguentis oblitus, redimitus coronis: humus erat immunda, lutulenta, vino, coronis languidulis, & ſpinis cooperta piſcium. Aquil. & Quinct. l. 8. cap. 3.*

*

*An iſta, ſi vera eſſent, ſic à te dicerentur. Quinct. l. 2. cap. vltimo.*

*

*Tu iſtuc M. Callidi, niſi fingeres, ſic ageres? præſertim cum iſta eloquentia alienorum hominum pericula defendere acerrime ſoleas, tuum negligeres? vbi dolor? vbi ardor animi? qui etiam ex infantium ingenijs elicere voces, & querelas ſolet. nulla perturbatio animi, nulla corporis, frons non percuſſa, non femur, pedis (quod minimum eſt) nulla ſupploſio. itaque (tantum abfuit, vt inflammares noſtros animos) ſomnum iſto loco vix tenebamus. Cicero in Brut.*

*

*Ego te certo ſcio, omnes logos, qui ludis dicti ſunt, animaduertiſſe. Nonius, logi.*

*

* *poëmatorum. Cariſius.*

Cetera deſunt.

## DE L. OTHONE.

ORAT. XI.

*

*Hic ſi ſe iſtius viæ dediſſet. Fronto.*

*

Deſunt reliqua omnia.

## DE PROSCRIPTORUM liberis.

ORAT. XII.

Deſunt cetera, præter fragmentum, quod ſequitur.

*

*Qvid enim crudelius, quã homines honeſtis parentibus, ac maioribus natos à repub. ſubmoueri? ſed ita legibus Syllæ continetur ſtatus ciuitatis, vt his ſolutis, ſtare ipſa nõ poßit. Quinct. l. 11. cap. 1.*

*CON

Universidad de Deusto
Biblioteca

*

## CONTRA CONCIONEM Q. Metelli.

ORAT. XIII.

Deeſt principium.

*

SIC *enim, vt opinor, inſequar fugientem, quoniam congredi non licet cum reſiſtente. Fortun. lib.3.*

**Permulſa, atque recreata eſt. Priſc. l.9.*

*

**niſi eorum exitio, non requieturam. Priſcia. lib. 10.*

*

*Aſcendi in concionem, concurſus eſt populi factus. Gell. l.18. cap.7.*

*

*Qui indicabantur, eos vocari, cuſtodiri, ad ſenatum adduci iuſsi : in ſenatu ſunt poſiti. Quinct. l.5. cap.3.*

*

Reliqua deſunt.

## DE CONSVLATV SVO.

ORAT. XIIII.

*

QVO



QVORVM *luxuries fortunata cēſa peperit. Nonius, Cenſus.*

*

## IN CLODIVM ET CVRIONEM.

ORAT. XV.

Deſunt multa, nec quæ reſtant, digeri poſſunt in vllum ordinem.

*

TV *vero feſtiuus, tu elegās, tu ſolus vrbanus: quem decet muliebris ornatus, quem inceſſus pſaltriæ, qui leuare vultum, mollire vocē potes. Nonius.*

*

*Sed credo, poſtquam tibi ſpeculum allatum eſt, longe te à pulchris abeſſe ſenſiſti. Non. Longus. Speculum.*

*

*Ac vide an facile tu fieri potueris, cum is factus non ſit, cui tu conceſsiſti. Nonius.*

*

*Tunc, cum vincirētur pedes faſceis, cum calanticam capiti accommodares, cum ſtrophio accurate præcingerere. Non. Calantica.*

*

*Integritas tua te purgauit, mihi crede, pudor eripuit, vita anteacta ſeruauit. Quinct. l.8. c.6.*

*

* Quibus

*quibus iſte, qui omnia ſacrificia noſſet, facile à ſe deos placari poſſe arbitrabatur. Quinct.lib.9.cap.2.

*

Quo ex iudicio, velut ex incẽdio, nudus effugit. Quinct.li.8.cap.3.

*

Erras Clodi: non te iudices vrbi, ſed carceri reſeruarunt, neque retinere in ciuitate, ſed exſilio priuare voluerunt. Quamobrem P.C. erigite animos, retinete veſtram dignitatem: manet illa in repub. bonorum conſenſio; dolor acceſſit bonis viris, virtus non eſt imminuta: nihil eſt damni factum noui, ſed quod erat, inuentum eſt in vnius hominis perditi iudicio: plures ſimiles reperti ſunt. Cic.lib.1.Att.

## DE REGE PTOLEMAEO.

### ORAT. XVI.

Niſi vnicũ id fragmentũ eſſet, vix ipſam orationis inſcriptionem teneremus.

*

DIFFICILIS ratio belli gerẽdi, at plena fidei, plena pietatis. Aquila. Fortunat. Marcian.

*

## PRO P. VATINIO.

### ORAT. XVII.

Et ex hac etiam, id ſolum ſupereſt.

FACIO

Universidad de Deusto Biblioteca



FACIO quiddã, quod in Eunucho paraſitus uadet militi.

Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo, ſi quando illa dicet, Phædriam
Commeſſatum intromittamus: tu, Pãphilam
Cantatum prouocemus. ſi laudabit hæc
Illius formam, tu huius contra, denique
Par pro pari referto, quod eam mordeat.

Sic peto à vobis iudices, vt quoniã quidam nobiles homines, & de me optime meriti, nimis amant inimicum meum, meque inſpectante, ſæpe eum in ſenatu modo ſeuere ſeducunt, modo familiariter atq; hilare amplexantur: quoniamque illi habent ſuum Publium, detis mihi ipſi alium Publium, in quo poſſim eorum animos mediocriter laceſſitus, leuiter repungere. Cicer.Epiſt.Fam.lib.1.

*

## PRO M. AEMILIO Scauro.

### ORAT. XVIII.

MAXIME fuit optandum M.Scauro, iudices, vt nullo ſuſcepto cuiuſquã odio, ſine offenſione, ac moleſtia. Fortun. & Auguſt.in Rhet.

*

Nihil Sardos Appio gratius eſſe facturos, quã ſi de Scauri fama detraxerint. Fronto.

*circa

Universidad de Deusto Biblioteca

*

*Circa verſum à primo XL.

*Subit etiam populi iudicium, inquirente Cn. Domitio tribuno pl. Reus factus eſt à Q. Seruilio Cepione, lege Seruilia, cum iudicia penes equeſtrem ordinẽ eſſent, & P. Rutilio damnato, nemo tam innocens videretur, vt non timeret illa. Ab eodẽ etiam lege Varia, cuſtos ille reip. proditionis eſt in crimen vocatus, vexatus à Q. Vario trib. pleb. eſt, nõ multo ante. Aſcon.*

*

*Non enim tantum admiratus ſum ego illum virum, ſicut omnes, ſed etiam præcipue dilexi. primus enim me flagrantem ſtudio laudis, in ſpem impulit, poſſe virtutem, ſine præſidio fortunæ, quo contendiſſet, labore, & conſtantia peruenire. Aſcon.*

*

*Et quoniam cõgeſta eſt accuſatio magis aceruo quodam criminum, quam diſtinctione aliqua generum, & varietate. Seuer.*

*

*Boſtarem igitur quendam dixit Norenſem, fugientem è Sardinia Scauri aduentum. Seuer.*

*

*Prius illum ſepultum, quam huic cænam eſſe ſublatam. Seuer.*

Si



*

*Si me hercle, iudices, pro L. Tubulo dicerem, quem vnum ex omni memoria ſceleratiſſimum, & audaciſſimum fuiſſe accepimus, tamen non timerem, venenum hoſpiti, aut conuiuæ ſi diceretur cenanti ab illo datum, cui neque heres, neque iratus fuiſſet. Aſcon.*

*

*Quæ quidem ſuſpicio valuit etiam ob hanc cauſſam, quod, cum agerent parentalia Norenſes. Aſcon.*

*

*Libertus patronum non occidit, ſed duobus digitulis gulam obliſit. Porph. Sat. 2. l. 2.*

*

*Copijs inops, gente fallax.* Fronto.

*

Circa tertiam partem à primo.

*Sic inquam ſe iudices res habet, neque hoc à me nouum diſputatur, ſed quæſitum ab alijs eſt. Aſcon.*

*

*Illa audiuimus, hoc vero meminimus, ac pæne vidimus, eiuſdem ſtirpis, & nominis P. Craſſum, ne in manus incideret inimicorum, ſe ipſum interemiſſe. Ac neque illius Craſſi factum ſuperioris, iiſdem honoribus vſus, qui fortiſſimus in bellis fuiſſet, M. Aquillius potuit imitari. Aſcon.*

c     *paul.

* paullo poſt.

*Quid vero? alterum Craſſum temporibus eiſdem, num aut clariſsimi viri Iulij, aut ſummo ingenio præditus M. Antonius potuit imitari? Aſcon.*

*

*Cum dare nollet Aris, clam ex Sardinia eſt fugere coactus. Priſc. lib. 6.*

*

*Aris, vxorem pellicatus dolore concitatam. Priſc. lib. 6.*

*

* *Arinis vxorem. Priſc. lib. 7.*

*

Circa medium.

*Neque vero hæc ipſa quotidiana res Ap. Claudium, illa humanitate, & ſapiẽtia præditum, per ſe ipſa mouiſſet, niſi hunc Claudij fratris ſui competitorem fore putaſſet, qui ſiue patricius, ſiue plebeius eſſet, (nondum enim certum conſtitutum erat) cum illo ſibi contentionem fore putabat. Aſcon.*

*

*Quem purpura regalis nõ commouit, eum Sardorum maſtruca tentauit? Iſid. li. 19. cap. 3.*

*

*Vos quoque de familia nobili, cum auctoritate orbis terrarum, ſentire debetis. Marcel. li. 22.*

*

poſt

Universidad de Deusto Biblioteca



Poſt duas partes orationis.

*Nam, cum ex multis vnus ei reſtaret Dolabella paternus inimicus, qui cum Q. Cæpione propinquo ſuo contra Scaurum patrem ſuum obſignauerat ſtateras, eas ſibi inimicitias non ſuſceptas, ſed relatas. Aſcon.*

* poſt tres partes orationis.

*Præſertim, cum propinquitas, & celebritas loci ſuſpicionem deſidiæ tollat, aut cupiditatis. Aſconius.*

*

*Ego porro, qui Albanas habeo columnas, clitellis eas apportaui. Quinct. lib. 5. cap. 13.*

*

*Domus tibi deerat? at habebas. pecunia ſuperabat? at egebas. Incurriſti amens in columnas, in alienos inſanus inſaniſti, depreſſam, cæcam, iacentem domum pluris, quam te, & quam fortunas tuas æſtimaſti. Quinctil. lib. 9. cap. 1. & 4.*

*

* *redimunt ſe ea parte corporis, propter quam maxime expetuntur. Seru. 1. Georg.*

*

* *ab ipſa ſtiua mecum homines loquebantur. Seru. in Georg.*

*

*Retineret id, quod præcipue ſemper ſtuduit. Fronto.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*

*Hæc cum tu effugere non potuiſſes, contendes tamen, & poſtulabis, vt M. Aemilius, cum ſua dignitate omni, cum patris memoria, cum aui gloria, ſordidiſsimæ, leuiſsimæ, vaniſsimæ genti, ac prope dicam pellitis teſtibus condonetur.* Aſconius.

*verſu à nouiſſimo C L X.

*Vndique mihi ſuppeditat, quod pro M. Scauro dicam, quocumque non modo mens, verum etiam oculi inciderint. curia illa de grauiſsimo principatu patris fortiſsimoque teſtatur. L. ipſe Metellus, auus huius, ſanctiſsimos deos illo conſtituiſſe in templo videtur, in veſtro conſpectu iudices, vt ſalutem à vobis nepotis ſui deprecarentur.* Aſcon.

*

**vniuerſe.* Cariſius lib. 2.

*

*Adij cauſas oratorum.* Fronto.

*

*De te recordor.* Fronto.

*

*Hoc nomine audito, quod per omnes gentes peruagatum eſt.* Fronto.

*

*In illa bona inuadere nullo modo potuiſſet.* Fro.

*

Plura non habemus.



## PRO A. GABINIO.

### ORAT. XIX.

Deſunt cetera, præter hoc.

*

E G O *cum omnes amicitias tuendas ſemper putaui ſumma religione, & fide, tum eas maxime, quæ eſſent ex inimicitijs reuocatæ in gratiam: propterea, quod integris amicitijs officium prætermiſſum, imprudentiæ, vel (vt grauius interpretemur) negligentiæ excuſatione defenditur: poſt reditum in gratiam, ſi quid eſt commiſſum, id non neglectum, ſed violatum putatur, nec imprudentiæ, ſed perfidiæ aſsignari ſolet.* Hieronymus *Apologia aduerſus Rufinum.*

Hinc deinceps ordine habentur, quæ ad eas orationes pertinent, quæ hoc tempore quidem exſtant, ſed ita, vt nonnulla in illis deſiderentur.

## AD ORAT. PRO P. QVINCTIO.

*

* *Turpis occultatio ſui.* Vlpian.

*

Universidad de Deusto Biblioteca

## AD ORAT. PRO M. FONTEIO.

*

*Galli poſthac dilutius potabunt, quod illi venenum eſſe arbitrabantur.* Marcell. lib. 6.

*

*Mater tua, dum vixit, ludum, poſtquam mortua eſt, magiſtros habuit.* Quinct. li. 6. c. 4.

*

*Frumenti maximus numerus è Gallia, peditatus ampliſsimæ copiæ è Gallia, equites numero plurimi è Gallia.* Aquila.

*

*Cetera in ea, quæ inter reliquas orationes exſtat.* Aquila.

## AD ORAT. DE LEGE Agraria. Kal. Ian.

Deeſt initium.

*

PRAEDAM, *manubias, ſectionem, caſtra denique* Cn. Pompeij, *ſedente imperatore,* X. *viri vendent.* Gell. lib. 13.

*

*Veniet igitur ſub præcone tota* Propontis, *atque* Helleſpontus, *addicetur communis ora* Lyciorum, *atque* Cilicum, Myſia, & Phrygia *item, conditioni legique parebunt.*

*imber



*

**imberba iuuentute.* Cariſ.

*

Cetera in ea, quæ exſtat in ſenatu habita.

## AD ORAT. IN L. Piſonem.

PRO *dij immortales, qui hic illuxit dies.* Quinct. lib. 5. cap. 4. & Diom. lib. 2.

*

*Quæ te bellua ex vtero, non hominem fudit.* Seruius.

*

*Inſuber quidã fuit, id eſt mercator, & præco. is cum Romam, cum filia veniſſet, adoleſcẽtem nobilem Cæſoninũ, hominis fortiſsimi filium, auſus eſt appellare. filiam collocauit.* Aſcon.

*

* *Cum tibi tota cognatio in ſerraco vehatur.* Quinct. lib. 8. cap. 3.

*

Circa verſum à primo *

* *quod minimum in te ſpecimen ingenij, ingenij autem? imo ingenui hominis ac liberi, qui colore ipſo patriam aſpernaris, oratione genus, moribus nomen.* Aſcon.

Circa verſum à primo LXXX.

*Hoc non ad contemnendam Placentiam pertinet, vnde ſe is ortum gloriari ſolet: neque*

 enim

Universidad de Deusto Biblioteca

*enim hæc mea natura fert, nec municipij, præſertim de me optime meriti, dignitas patitur. Aſconius.*

✳

*Hic cum ad Padum Placentiæ forte conſediſſet, paucis poſt annis in eam ciuitatem (nam tum erat ciuitas) aſcendit. prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo Semiplacentinus haberi eſt cœptus. Aſcon.*

✳

Circa verſum à primo✳

*Lautiorem pater tuus ſocerum, quam C. Piſo in illo luctu, non ei filiam meam collocaui, quem ego, poteſtas cum omnium fuiſſet, vnum potiſsimum delegiſſem. Aſcon.*

✳

*Proxime Pompeium ſedebam.* Diomed. li. I.

✳

Ex Commentariis.
lib. XIII.

✳

✳*re vendita, iterum empta.* Diomed.

✳





# M. T. CICERONIS FRAGMENTORVM TOMVS SECVNDVS,

✳

Qui continet epiſtolas.

*Ex Andr. Patricij ſecunda editione.*

---

## ELENCHVS EPISTOLARUM Ciceronis, quæ hoc tomo continentur.


Ad M. *Titinium.*
Ad *Cornelium Nepotem lib.* II.
Ad C. *Cæſarem lib.* III.
Ad *Cæſarem iuniorem lib.* III.
Ad C. *Panſam lib.* III.
Ad A. *Hirtium lib.* IX.
Ad M. *Brutum lib.* VIII.
Ad M. *filium lib.* II.
Ad *Licinium Caluum.*
Ad Q. *Axium.*
Ad *Catonem.*
Ad *Cereliam.*
Ad L. *Plancum.*
*Incertarum epiſtolarum.*

# M. TVLLII CICERONIS AD M. TITINIVM EPISTOLA.

Universidad de Deusto Biblioteca

*

EQVIDEM *memoria teneo, pueris nobis, primum* Latine *docere cæpiſſe* L. Plotium *quendam: ad quem cum fieret concurſus, quod ſtudioſiſſimus quiſq; apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. continebar autem doctiſſimorum hominum auctoritate. qui exiſtimabãt* Græcis *exercitationibus ali melius ingenia poſſe.* Sueton. de Clar. Rhet.

*

## Ad Cornelium Nepotem epiſt. lib. II.

*

ITAQVE *noſtri cum omnia, quæ dixiſſemus, dicta eſſent, quæ facete, & breuiter, & acute locuti eſſemus, ea proprio nomine appellari dicteria voluerunt.* Macr. l. 2. cap. 1. Satur.

*

## Ad eundem, ex libro incerto.

*

HOC *reſtiterat etiam, vt à te fictis aggrederer donis.* Priſc. lib. 8.

*

*Qui habet, vltro appetitur: qui eſt pauper, aſpernatur.* Priſc. ibid.

Quid?



*

*Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis ſententijs aut acutior, aut crebrior? quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Suet. in Cæſ.

*

*Neque enim quidquam aliud eſt felicitas, niſi honeſtarum rerũ proſperitas: vel, vt alio modo definiam,* Felicitas *eſt fortuna, adiutrix conſiliorum bonorum; quibus qui non vtitur, felix nullo pacto eſſe poteſt. Ergo in perditis, impijſque conſilijs, quibus* Cæſar *vſus erat, nulla potuit eſſe felicitas: feliciorque, meo iudicio,* Camillus *exſulans, quam temporibus ijſdem* Manlius, *etiamſi, id, quod cupierat, regnare potuiſſet.* Marcel. lib. 21.

## Ad C. Cæſarem epiſt. lib. I.

## M. Cicero C. Cæſari s.

*

BALBVM *quanti faciam, quamque ei me totum dicauerim, ex ipſo ſcies.* Non. Dicare.

*

*Tum cum ea, quæ es ab ſenatu, ſummo cum honore, conſecutus.* Non. Conſequi. Honor.

*

*Debes odiſſe improbitatem eius, quia impudentiſſimum nomen delegerit.* Non. Improbum.

Vt ſci

Universidad de Deusto
Biblioteca

*

*Vt ſciret maiore cura tuenda eſſe, quæ parta ſunt.* Non.*Tueri.*

### Ad eundem epiſt. lib. II.

*

**vel quod locatio ipſa pretioſa.* Non. *Locare.*

*

*Quod ſapientes homines, ac boni putant.* Non. *Putare.*

*

*Neq; pro cauto, ac diligente ſe caſtris continuit.* Cariſ.*lib.* I.

*

*Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor. ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quam ad præſentis temporis gratiam. Nonius, Monumentum.*

*

### Ad eundem epiſt. lib. III.

*

QVAE *ſi videres, non de exercitu retinendo tueri, ſed eo tradito, aut dimiſſo.* Non. *Dimittere.*

*

**amici nonnulli te contemni, ac deſpici, ac pro nihilo haberi ſenatum velint.* Non. *Contemno.*





*

### Ad eundem, ex lib. incerto.

*

IAM *amplitudinem, gloriamque tuam magno mihi ornamento fore exiſtimo, quod me leuas cura.* Non. *Leuare.*

*

*Extrema vero nec quanta, nec qualia ſunt, verbis conſequi poſſum.* Non.*Conſequi.*

*

### Ad Cæſ. iuniorem epiſt. lib. I.

Cicero Cæſari iuniori S.

PRIDIE *non.Feb.cum ad te litteras mane dediſſem, deſcendi ad forum togatus, cum reliqui conſulares ſagati vellent deſcendere.* Non. *Sagum.*

*

**& aut ad conſules, aut ad te, aut ad Brutum adiſſent, his fraudi ne eſſet, quod cum Antonio fuiſſent.* Non.*additus.*

*

*Sed hæc viderimus, cum legati reſponſa retulerint.* Non.*Relatum.*

*

*Quaſi ſi me ad id beneficium accerſeres, quo per te me, vna cum repub. in libertatem vindicaſſem.*

Universidad de Deusto Biblioteca

*ſem. Non.* Vindicare.

*

*Roga ipſum, quemadmodum ego eum Arimini acceperim.* Non. Accipere. Rogare.

*

*Sed cito pœnituit, domum rediit, ceteri cunctabantur.* Non. Cunctari.

*

*Erat opinio bona de* Planco, *bona de* Lepido. Non. opinio.

*

**neminem tibi profecto hominem ex omnibus aut antepoſuiſſem vnquam, aut etiam comparaſſem.* Non. Comparare.

*

*Ex ceteris autem generibus tunc pecunia expedietur, cum legionibus victricibus erunt, quæ ſpopondimus, perſoluenda.* Non. expedire.

*

*In ſingulis tegulis impoſitis ſexcentis ſexcenties confici poſſe.* Non. *confectum.*

*

*Ne res duceretur, fecimus vt* Hercules *Antianus in aliũ locum transferretur.* Non. Ducere.

*

*Sed quod videret nomine pacis bellum inuolutum fore.* Non. Inuoluere.

*

*Quod mihi, &* Philippo *vacationẽ das bis gau*

*deo.*



*deo. nam & præteritis ignoſcis: & concedis futura.* Non. Ignoſcere & Concedere.

*

*Itaque vereor ne ferociorem eum faciant tua (tam) præclara iudicia telo.* Non. Ferox.

## Ad eundem epiſt. lib. II.

*

SED *ita locutus inſulſe eſt, vt mirum ſenatus conuicium exceperit.* Non.

*

*In quo tua me prouocauit oratio, mea conſecuta eſt ſegnis.* Non.

*

*Bellum, vt opinio mea fert, (ex) conſenſu ciuitatis confectum iam haberemus.* Non. Confectum.

*

**cum conſtet* Cæſarem Lupercis *id vectigal dediſſe, qui ante poterat id conſtare?* Non. Conſtare.

*

*Adeſt* Albæ *neſcio quis* Clodius, *quam cũ reſtitui iuſſiſſet,* Ancone *cum eo deiectus eſt ex ſenatus conſulto.* Deiicere.

*

**inſolens, arrogans, iactans.* Inſolens.

*

*Scriptum erat equeſtre prælium valde ſecundum*

Universidad de Deusto Biblioteca

*dum, in his potius aduerſum. Secundum.*

*

*Quem periſſe ita de repub. merentem conſulem vehementer doleo. Meret.*

*

*Tu ſi meam fidem præſtiteris, quod confido te eſſe facturum. Præſtare.*

*

*Cum iter facerem Claternam tempeſtate ſpurciſsima. Spurcus.*

*

*Nihil omnino certi, nec locupletem ad hoc auctorem habebamus. Locuples.*

*

*Antonius demens ante lucem paludatus. Paludatus.*

Ad eundem epiſt.lib. III.

*

ITAQVE *in eum palam vehementer eſt inuectus. Non. Inuehi.*

*

*Ego autem antiquiſsimum Scythis oriundum, quibus antiquior lætitia eſt, quam lucrum. Nonius. Antiquus.*

Ad eundem ex lib.incerto.

*

POSTHAC *quod voles à me fieri, ſcribito. vincam opinionem tuam. Non.opinio.*

*

*Promiſſa*



*Promiſſa tua memoria teneas. Nõ. Promittere.*

*

Ad C.Panſam epiſt. lib.I.

M. Cicero C. Panſæ S.

DE *Antiocho feciſti humaniter, quem quidem ego ſemper dilexi, meque ab eo diligi ſenſi. Non.Humaniter. Priſc.l.15.*

*

**quorum erupit illa vox, de qua ex te primum quiddam inaudieram. Non. Inaudire.*

*

Ad eundem epiſt.lib. III.

*

NOS *Ventidianis rumoribus concalfecimus. Non.Concalfacere.*

*

Ad A. Hirtium epiſt. lib. II.

*

QVA *in re ſi mediocriter lapſus ſum, defendas meum (id) tolerabile erratum. Non. Error.*

*

Ad eundem epiſt.lib.v.

*

ET *quoniam, vt hoc tempus eſt, nihil habeo patriæ quod impertiam. Non. Impertio.*

*

Ad eundem epiſt. lib. I.

*

DICIS *quaſi iſtuc intereat neſcio, niſi tamen*

Universidad de Deusto Biblioteca

*erat mihi iucundum ſeuerius, ne qui caſum perimeret ſuperioris. Non. interfici.

*

Ad eundem ex lib. incerto.

*

CVM enim nobilitas ſit, nihil aliud, quam cognita virtus, quis in eo, quem veteraſcentem videt ad gloriam, generis antiquitatem deſideret? Non. Vetuſtiſcere à veteraſcere.

*

*Luta, & limum aggerebant. Nonius. Lutum.

*

Ad M. Brutum epiſt. lib. VII.

*

HIS contraria, atque parata, vt eſſe ſolent, expertus ſum. on. experiri.

*

Ad eundem epiſt. lib. VIII.

*

ET quod te tantum amat, vt vel me audeat prouocare. Non. doct. indag.

Hic erant ordine deinceps quinque epiſtolæ collocandæ; quæ olim à Germanis inuentæ, à multis poſtea aut plane neglectæ, aut poſt epiſtolarum librum ad Brutũ reiectæ ſunt. quas tamẽ & res ipſa loquitur Ciceronis eſſe, & ſi auctoritas quærenda eſt, & Patricius, & Sigonius

nius



nius agnoſcit; Manutius quidem, vt ſuſpiciat etiam, & admiretur. Has habes in volumine epiſtolarum ad Atticum noſtræ editionis minima forma pag. 693.

*

Sic igitur facies, & me aut amabis, aut, quo cõtentus ſum, diliges. Non. Amare, Diligere, Contentus.

*

Veritus fortaſſe, ne nos in Catonem noſtrum transferamus illinc mali quid, & ſi argumentum ſimile non erat. Quinct. l. 5. cap. 10.

*

Nam eloquentiam, quæ admirationem non habet, nullam iudico. Quinct. l. 8. cap. 3.

*

*& eũ amorem, & eum, vt hoc verbo vtar, fauorẽ in conſilium aduocabo. Quinct. ibidẽ.

*

Ego cum in gratiam redierim cum Ap. Claudio, & redierim per Cn. Pompeium. ego ergo cum redierim. Quinct. l. 9. cap. 3.

*

Sermo nullus, ſcilicet, niſi de te. quid enim potius? Tum Flauius. Erras, inquit, tabellarie, & ego ibidem erans inter cenam excraui. Quinct. ibid.

*

 Præſlat

Universidad de Deusto Biblioteca

Præſtat enim nemini imperare, quam alicui ſeruire. ſine illo enim viuere honeſte licet, cum hoc viuendi nulla condicio eſt. Quinct. ibid.

*

Sim ne bonus vir, ſi hoc ſuadeam? minime. Suaſoris enim eſt finis, vtilitas eius, cui quiſque ſuadet. At recta ſunt: quis negat? Sed non eſt ſemper rectis in ſuadendo locus. Quinct. l.3. cap.10.

*

Populo impoſuimus, & oratores viſi ſumus. Quinct. lib.8.cap.6.

*

Res mihi inuiſæ viſæ ſunt Brute. Quinct. l.6. cap.4.

*

Ad M. filium, lib. I.

*

QVAE effice, & elabora, vt excellas. Priſcian. l.8. & l.10.

*

Ad eundem lib. II.

*

Cui ego, quibuſcunque rebus potero, libentiſſime commodabo. Non. Commodare.

*

Ad eundem ex libro incerto.

*

Ceteris delitus. Diom. l.1.





*

Philoſophiæ quidem præcepta noſcenda, viuendum autem ciuiliter. Lactan. l.4. cap.14.

*

Ad Licinium Caluum epiſt. lib. I.

*

TVLI moleſte, quod litteræ delitæ ſunt mihi à te redditæ. Priſc. l.9.

*

Præſentit animus, atq; augurat quodam modo, quæ futura ſit ſuauitas. Non. Auguro.

Ad Q. Axium epiſt. lib. I.

*

AD M. Bibulum adierunt. Fronto.

*

Si tu nos aliquid adiutare potes. Fronto.

*

Cæſar in conſulatu confirmauit regnū, de quo ædilis cogitarat. Sueton. in Cæſ.

*

Ad Catonem epiſt.

*

NEC idcirco mihi deſiderandam eſſe dignitatem meam, quod eam multi impugnarint, ſed eo magis recolendam, quod plus deſiderarint. Nonius, Aufer, Plus & Multum.

Ad Cerelliam epiſt.

*

HAEC aut animo Catonis ferenda ſunt, aut Ciceronis ſtomacho. Quinct. lib. 6. cap. 4.

*

Ad L. Plancum epiſt.

*

NAM neque deeſſe reipublicæ volo, neq; ſupereſſe. Gellius lib. 1. cap. 22.

*

Ex epiſtola incerta.

*

DATA Lupercalibus, quo die Antonius Cæſari. Quinct. lib. 9. cap. 3.

*

Ne vlli ſunt pedes faceti, ac delicijs ingredienti mollius. Quinct. lib. 6. cap. 4.

*

Universidad de Deusto Biblioteca



# M. T. CICERONIS FRAGMENTORVM TOMVS TERTIVS,

Qui philoſophica continet.

Ex Andr. Patricij ſecunda editione.

*

---

## ELENCHVS PHILOSOPHICORUM Ciceronis voluminum, quæ hoc tomo continentur.

Oeconomica ex Xenophonte lib. II.
Protagoras ex Platone.
De repub lib. VI.
De iure ciuili.
De augurijs.
Hortenſius.
Laus M. Catonis.
De gloria lib. II.
De conſolatione.
De ſuis conſilijs.
De virtutibus.
De notis.
Chorographia.

ITEM FRAGMENTA LIBRORUM.

Academicorum.
De natura deorum.
De diuinatione.
De legibus.
De fato.
Timæi ex Platone.

Universidad de Deusto Biblioteca

# M. TVLLII CICERONIS OECONOMICORVM ex Xenophonte lib. I.

*

HOMO ex eo numero hominum, qui apud nos hoc homine dignantur. Priſc.l.8.

*

Maritale coniugium ſic cõparatum eſt natura, vt non ſolum iucundiſſima, verum etiam vtiliſſima vitæ ſocietas iniretur, & ne genus humanum temporis lõginquitate occideret. propter hoc mas cum femina eſt cõiunctus: deinde vt ex eadẽ ſocietate mortalibus adiutoria ſenectutis, nec minus propugnacula præparẽtur: tum etiam, cum victus, & cultus humanus non vti feris in propatulo, ac ſilueſtribus locis, ſed domi ſub tecto accurandus erat, neceſſarium fuit alterutrum foris & ſub dio eſſe, qui labore, & induſtria compararet, intus, qui tectis reconderet atque cuſtodiret: ſi quidẽ vel ruſticari, vel nauigare, vel etiã alio genere negotiari neceſſe erat, vt aliquas facultates acquireremus. Cum vero paratæ res ſub tectum eſſent cõgeſtæ, alium eſſe oportuit, qui & illatas cuſtodiret, & cetera conficeret opera, quæ domi deberent adminiſtrari: nam & fruges, & cetera alimenta terreſtria indigebãt tecto, & ouium ceterarumque pecudum





cudum fetus atque fructus, clauſo cuſtodienda erãt, nec minus reliqua vtenſilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Quare cum & operam & diligentiam ea, quæ propoſuimus, deſiderarent, nec exigua cura foris acquirerentur, quæ domi cuſtodiri oporteret, iure, vt dixi, à natura comparata eſt opera mulieris ad domeſticam diligẽtiam, viri autem ad exercitationem forenſem, & ad extraneam: itaque viro calores & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis, ac belli, id eſt ruſticationis, & militarium ſtipendiorum diſtribuit: mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domeſtica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc ſexum cuſtodiæ & diligentiæ aſſignauerat, idcirco timidiorem reddidit, quam virilem: nam metus plurimum confert ad diligentiam cuſtodiendi. Quod autem neceſſe erat foris, & in aperto victum quærentibus nonnumquam iniuriam propulſare, idcirco virum quam mulierem, fecit audaciorem. Quia vero partis opibus æque fuit opus memoria, & diligentia, non minorem feminæ, quam viro, earum rerum tribuit poſſeſſionem. Tum etiam, quod ſimplex natura non omneis res commodas amplecti volebat, idcirco alterum alterius indigere voluit: quoniam, quod alteri deeſt, præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

ſto plerumque eſt alteri. Colum.lib.12.cap.2.

*

Nam vetus eſt prouerbium, paupertatē certiſſimam eſſe, cum alicuius indigeas, vti eo non poſſe. quia ignoretur, vbi proiectum iaceat, quod deſideretur. itaque in re familiari laborioſior eſt negligentia, quam diligentia. Quis enim dubitet nihil eſſe pulchrius in omni ratione vitæ diſpoſitione, atq; ordine? quod etiā ludicris ſpectaculis licet ſæpe cognoſcere. Nā vbi chorus canentium, non ad certos modos, neque numeros præeuntis magiſtri conſenſit, diſſonum quiddam ac tumultuoſum audientibus canere videtur. At vbi certis numeris ac pedibus, velut facta conſpiratione, conſenſit, atque concinuit, ex eiuſmodi vocum concordia, non ſolum ipſis canentibus, amicum quiddam & dulce reſonat, verum etiam ſpectantes, audiētesque lætiſſima voluptate permulcentur. Colum. lib.12.cap.2.

*

Quid igitur pro deum immortalium, primum eam docebas, quæſo. Donat. in Terent.

*

Præparatis idoneis locis, inſtrumentum, & ſupellectilem diſtribuere cœpimus: ac primum ea ſecreuimus, quibus ad res diuinas vti ſolemus: poſtea mundum muliebrem, qui ad dies feſtos comparatur: deinde ad virilem, itē die-





rum ſolennium ornatum, nec minus calceamenta vtrique ſexui conuenientia, tum iam ſeorſum arma ac tela ſeponebantur: & in altera parte inſtrumenta, quibus ad lanificia vtuntur: poſt quæ ad cibum conficiendum vaſa (vt aſſolent) conſtituebantur: inde, quæ ad lauationem, quæ ad exornationem, quæ ad menſam quotidianam atq; epulationem pertinerent, exponebantur: poſtea ex ijs, quibus quotidie vtimur, quod menſtruum eſſet, ſepoſuimus: quod annuum quoque, in duas partes diuiſimus. nā ſic minus fallit, qui exitus futurus ſit. Hæc poſtquam omnia ſecreuimus, tum ſuo quæque loco diſpoſuimus: deinde quibus quotidie ſerui vtūtur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquenda & conficienda pertinent, hæc ipſi ijs, qui vti ſolent, tradidimus, &, vbi ea ponerent, demonſtrauimus, &, vt ſalua eſſent, præcepimus. Quibus autem ad dies feſtos, & ad hoſpitum aduētum vtimur, hæc primo tradidimus, & loca ſingula demōſtrauimus, & cuique ſua adnumerauimus, atque adnumerata ipſi exſcripſimus, eamque admonuimus, vt, quodcumque opus eſſet, ſciret vnde daret: & meminiſſet atque adnotaret, quid, & quando, & cui dediſſet, & eum recepiſſet, vt quidque ſuo loco reponeret. Columel.

*

## M. TVLLII CICERONIS Œconomicorum ex Xenophonte lib. II.

*

VTRVMNE Iſchomache, inquã, ſi res familiaris deſideraſſet, mercari villicum tãquam fabrum, an ipſe inſtituere conſueuiſti? Ego vero ipſe inſtituo. Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & vicarius meæ diligentiæ ſuccedit, is ea, quæ ego, ſcire debet. Colum. lib. 11. cap. 1.

*

## M. TVLLII CICERONIS Œconomicorum ex Xenophonte lib. III.

*

NVLLO modo facilius arbitror poſſe neque herbas areſcere, & interfici, neque terram ab ſole percoqui. Non. Interfici.

*

Cum vero affecta iam prope æſtate vuas à ſole miteſcere tempus eſt. Quinct. li. 15. cap. 5. Non. proſligare.

*

Neque ſerit vitem, neque, quæ ſata eſt diligenter colit, oleum, ficus, poma non habet. Macr. l. 3. cap. 20.

*

*apes in aluearium conceſſerunt. Cariſ. l. 1.

* Cum



*

Cum ad Cyrum minorem, regem Perſarum, præſtantem ingenio, atque imperij gloria, Lyſander Lacedæmonius, vir ſummæ virtutis, veniſſet Sardis, eique dona à ſocijs attuliſſet: & ceteris in rebus comis erga Lyſandrum, atque humanus rex fuit, & ei quendam conſeptum agrum, diligenter conſitum, oſtendit. Cum autẽ admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam, atque puram, & ſuauitatem odorum, qui efflarentur è floribus, tum dixit: Mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiã ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimẽſa, aque deſcripta, & Cyrus reſpondit: Atqui ego iſta ſum omnia dimenſus, mei ſunt ordines, mea deſcriptio: multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ. Tum Lyſander intuẽs eius purpuram, & nitorem corporis, ornatumq; Perſicum multo auro multiſq; gemmis, dixit: Recte vero te Cyre beatum ferunt, quoniam virtuti tuæ fortuna coniuncta eſt. Cicero Senect.

Hæc quidem à Cicero. ex Xenophonte conuerſa neque Patricius ipſe audet affirmare: quæ tamen retinuimus, ne videamur quem ſequi auctorem inſtituimus improbare.

*

* Sero

Universidad de Deusto Biblioteca

*Scrobes. Seruius in 2. Geor.

*

## M. TVLLII CICERONIS Protagoras ex Platone.

*

QVID tu, vnde tãdem appares ô Socrate? an quidem dubium eſt, quin ab Alcibiade? Priſc. l. 6.

*

Nũc à vobis Protagora & Socrate poſtulo, cõcedatis alter alteri & inter vos de huiuſcemodi rebus controuerſemini, non concertetis. Priſc. l. 8.

*

Quæ igitur poteſt eſſe indignitas voluptatis ad moleſtiam, niſi in magnitudine, aut longitudine alterius vtrius poſita? Priſc. l. 6.

*

Confirmandi genera compluria. Don. in Phor.

*

## M. Tullij Ciceronis de rep. lib. I.

*

NVNTIATVM eſt venire Lælium, domoque iam exiſſe. Fronto.

*

Eum quoque vt ſalutauit, propter Tuberonem iuſsit aſsidere. Non. propter.

*

*negotij

Universidad de Deusto Biblioteca



*negotij publici expers. Fronto.

*

Quare, ſi placet, deduc oro rationem tuam de cælo ad hæc cituma. Non. Citum[a].

*

*Quaſi alius aſsimulare rempublicam. Diomed. lib. .

*expoſitamque ad exemplum noſtræ reipub. accommodabo ad eam, ſi potero, omnem illam orationem, quæ eſt mihi habenda de optimo ciuitatis ſtatu. Non. Accommodatum.

*

Quum eum locis, manuque ſepſiſſent, eiuſmodi coniunctionem tectorum oppidum, vel vrbem appellarũt, delubris diſtinctam, ſpatijſq; communibus. omnis ergo populus, qui eſt talis cœtus multitudinis, qualem expoſui, ciuitas eſt; omnis ciuitas, quæ eſt conſtitutio populi, reſpublica. Non. Vrbs à ciuitate.

*

Vt ad eam vrbem, quam incolas, poſsis adnare. Fronto.

*

*breui multitudo diuerſa atque vaga, concordia ciuitas facta erat. Auguſt. ep. 5.

*

Cognoſcere mehercule, inquit, conſuetudinem iſtam, & ſtudium, ſermonemque. Non. Cognoſcere.

* *duos

Universidad de Deusto Biblioteca

*

*duos Romanos reges eſſe, quorum alter patrem non habet, alter matrem. Nam de Seruij matre dubitatur, Anci pater *Marcius Numæ nepos dicitur. Seneca li.19. ep.

*

Tum (inſtituti) annui conſules, tum demiſſi populo faſces. Non. dimittere.

*

* prouocationem ad populum etiam à regibus fuiſſe. Seneca li.19. epiſt.

*

Horum enim ſeueritatem dicitur inhorruiſſe primum ciuitas. Non. Horrendum ab horridum.

*

Quem nos dictatorem dicimus, & in hiſtoria ita nominari legimus, apud antiquos magiſter populi vocatus eſt, quod qui ab illo nominatur, magiſter equitum eſt. Seneca li.19.ep.

*

*Cn. Flauius faſtos protulit. Cic.6.Att.

*

Ipſa cognitio nos delectauit. Fronto.

*

Quomodo enim iudicatur iſte optimas? doctrina, artibus, ſtudijs. audio, quando? Non. Aemulus.

* Sed



Tu ne pſeudomenon, & ſoritam, & totam dialecticam aut illudis, aut increpas? Nonius. Increpito.

*

Quis te aut eſt, aut fuit vmquam in partiundis rebus, in definiendis, in explanandis preſſior? Non. Preſſum.

*

Malo vel vnũ paruum de officio libellum, quam longam orationem pro ſeditioſo homine Cornelio. Lactan.lib.6. cap.2.

*

Nam quod vereris, ne non conueniat noſtris ætatibus iſta oratio, quæ ſpectat ad hortandum. Non. Conuenire.

*

Aut tibi id ipſum peruertendum fuit, quod tu ne attigiſti quidem: aut quaſi eius partes, membra quædam, cædendæ. Non. Cædere.

*

Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem ab diſpenſatore accipis, ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare? Non. Aëra.

*

Itaque tibi concedo, quod in duodecim ſcriptis ſolemus, vt calculum reducas, ſi te alicuius dati pœnitet. Non. Scripta.

*

g Quare

Quare egredere quæſo, & gratificare reipub. Non. Gratificari.

*

*nihil tamen eſſe, in quo ſe animus excellens tollat. Non. Tollere.

*

Captū me fortaſſe, inquit, tu putas, & id quod nollem, confiteri coactum. Non. Capere.

*

An cum videat me, & meos comites, fortitudinem, magnitudinem animi, patientiam, conſtantiam, grauitatem, fidem, ipſa ſe ſubducat? Non. Subducere.

*

* vt ait Ennius: Refugiat timido ſanguen, atque exalbeſcat metu. Priſc. lib. 6.

*

Itaque nec in philoſophia cuiquam ceßit, & vitæ grauitate præſtitit. Non. Præſtare.

*

*magnitudo animi, patientia laborū, mortis denique contemptio. Non. Contemptus.

*

* vt ea ſibi ratio vera reſtituat, quæ cōſuetudo vitioſa detraxerit. Non. Detrahere.

*

Conſolabitur eum magnitudo animi, & humanarum opinionum alta quædam deſpectio. Non. Deſpicere.

Habet

Universidad de Deusto Biblioteca



*

Habet enim ipſam certam definitam viam, & ex ea multis vitijs, & erroribus deprauata deducitur. Non. Deductum.

*

* deinde imitator, vt ſibi quidem videtur, naturæ mos vindicat. Non. Vindicare.

*

Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor, qui ſi quando paullulum aberrauerit, ſpe impunitatis exſultat. Non. Exſultare.

*

Sufficit ad gloriam benefacti conſcientia. Seruius in 9. Aeneid.

*

Tum intelligas, quam illud non ſit neceſſarium, quod redundat. Nonius, Redundo.

*

* ad iuuenilem libidinem. Copia voluptatum gliſcit illa, vt ignis oleo. Non. Gliſco.

*

Hi noſtri amici verecundantur capti ſplendore virtutis. Non. Verecundantur.

*

Oratæ, homini ditißimo, amænißimo, delicatißimo, neq; ad voluptatem quidquam defuit, neque ad gratiam, neq; ad bonam, integramque valetudinē. Nam & prædijs quæſtuoſißimis, amicis iucundißimis, quantum libuit, abun

Universidad de Deusto
Biblioteca



abundauit, & illis omnibus aptiſsime ad ſalutem corporis vſus eſt: eiuſque (vt breuiter totum explicem) omne inſtitutum, voluntatemque omnem ſucceſsio proſpera conſecuta eſt. Auguſt. de Vita beata.

*

Primus balneola ſuſpendit, incluſit piſces. Non. Balneæ.

*

* & amœnitate ſumma perfructus eſt. Priſc. lib. 10.

*

* ſollertiamque eam poſſet, vel in tegulis proſeminare, oſtreas. Nonius. Oſtrea.

*

Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Non. Summus.

*

Voluptates autem nulla ad res neceſſarias inuitamenta afferunt ſenibus. Non. Inuitare.

*

An vero voluptates corporis expetendæ, quæ vere & grauiter à Platone dictæ ſunt illecebræ eſſe atq; eſcæ malorum? quæ enim confectio eſt valetudinis, quæ deformatio coloris, & corporis, quod turpe damnum, quod dedecus, quod non euocetur, atq; eliciatur voluptate? cuius motus vt quiſque eſt maximus, ita eſt inimiciſsimus philoſophiæ. cõgruere enim cum





cogitatione, magna voluptas corporis non poteſt. quis enim, cum vtatur voluptate ea, qua nulla poſsit maior eſſe, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quidquam poteſt? quis autem tantus eſt gurges, qui dies & noctes ſine vlla minimi temporis intermiſsione velit ita moueri ſuos ſenſus, vt mouentur in ſummis voluptatibus? quis autem bona mente præditus non mallet nullas omnino nobis à natura voluptates datas? Augu. contra Pelag. 4. Non. Confectum.

*

* tunc obſequatur naturæ, cum ſine magiſtro ſenſerit, quid natura deſideret. Auguſt. contra Pel. lib. 5. cap. 5.

*

Et qui exſpectat, pendet animi, quia ſemper, quid futurum ſit, incertum eſt. Non. Vbi genitiuus pro ablatiuo.

*

Et ceteris quidem in rebus, in quibus peccata non maxime differũt, noxias tamen ni ſciunt, attingunt. Non. Noxia à noxa.

*

Vt igitur domitores equorum nõ verbera ſolum adhibent ad domandum, ſed cibum etiam ſæpe ſubtrahunt, vt fame debilitetur equuleorum nimis effrenata vis. Non. Equuleus.

*

Universidad de Deusto Biblioteca

*mandum eſt, quo magis hi fuerint ſemper in ſuo curſu, id eſt, in ratione, & inueſtigandi cupiditate, & quo minus ſe admiſcuerint, atque implicuerint hominum vitijs, atq; erroribus, hoc illis faciliorem aſcenſum & reditum in cælum fore. Quapropter vt aliquando terminetur oratio, ſi aut exſtingui tranquille volumus, cum his artibus vixerimus, aut ſi ex hac in aliam haud paullo meliorem domum ſine mora demigrare, in his ſtudijs nobis omnis opera, & cura ponenda eſt. Auguſt. lib. 14. cap. vlt. de Trinit.*

*

M. Tullij Ciceronis laus M. Catonis.

*

**pronepos M. Catonis Cenſorij. Gellius lib. 13. cap. 18.*

*

*Contingebat in eo, quod pleriſque contra ſolet, vt maiora omnia re, quam fama viderentur; id quod non ſæpe euenit, vt exſpectatio cognitione, aures ab oculis vincerentur. Mac. lib. 6. cap. 2.*

*

M. Tullij Ciceronis de Gloria lib. I.

*

IN *Tuſculanum mihi nunciabantur gladiato-*





*rij ſibili. Cariſ.*

*

*Oppidorum appellationem vſurpatione appellatam eſſe exiſtimo, quod opem darent. Feſtus lib. 13.*

*

M. Tullij Ciceronis de Gloria lib. II.

*

*Apud eundem poëtam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi cauſſa agit, vt ſepeliatur, ſi ſit forte victus, declaratque ſe velle, vt ſuum tumulum multis etiam poſt ſæculis prætereuntes, ſic loquantur:*

*Hic ſitus eſt vitæ iampridem lumina linquẽs,*
*Qui quondam Hectoreo perculſus cõcidit enſe.*
*Fabitur hoc aliquis, mea ſemper gloria viuet.*
*Gell. 15. c. 6.*

*

*Quo ſtante, & incolume. Cariſius.*

*

M. Tullij Ciceronis de conſolatione liber.

*

CRANTOREM *ſequor. Plinius præfat.*

*

*Idcirco nati ſumus, vt ſcelerũ pœnas lueremus.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Lactant.li.3.cap.18.

*

Non naſci longe optimũ, nec in hos ſcopulos incidere vitæ: Proximum autem, ſi natus ſis, quamprimum mori, & tanquam ex incendio effugere fortunæ. Lact.l.2.cap.19.

*

Sed neſcio, qui nos teneat error, aut miſerabilis ignoratio veri. Lact. lib.3. cap. 14.

*

Animorum nulla in terris origo inueniri poteſt. Nihil enim eſt in animis mistum, atque concretum, aut quod ex terra natum, atq; fictum eſſe videatur; nihil ne aut humidum quidem aut ſtabile, aut igneum. his enim in naturis nihil ineſt, quod vim memoriæ, mentis, cogitationis habeat, quod & præterita teneat, & futura prouideat, & complecti poſsit præſentia: quæ ſola diuina ſunt. Nec inuenietur vmquam vnde ad hominem venire poſſint, niſi à deo. Singularis eſt igitur quædam natura, atque vis animi, ſeiuncta ab his vſitatis, notiſque naturis. Ita quidquid eſt illud, quod ſapit, quod vult, quod viget, cæleſte, & diuinum eſt, ob eamque rem æternum ſit neceſſe eſt. Nec vero deus ipſe, qui intelligitur à nobis, alio modo intelligi poteſt, niſi mens ſoluta quædam, & libera, ſegregata ab omni cõcretione mortali, omnia ſentiens, & mouens, ipſa

ipſa



ipſaque prædita motu ſempiterno. Cice. Tuſc. 1. Lact. de Ira, cap. 10. inſtit. lib. 1. cap. 5.

*

Cum vero & mares, & fœminas complures ex hominibus in deorum numero eſſe videamus, & eorum in vrbibus, atque agris auguſtiſsima templa veneremur, aſſentiamur eorũ ſapientiæ, quorum ingenijs, & inventis omnem vitam legibus, & inſtitutis excultam conſtitutamque habemus. Quod ſi vllum vmquã animal conſecrandum fuit, illud profecto fuit. ſi Cadmi, aut Amphitryonis progenies, aut Tyndari in cælum tollenda fama fuit, huic idem honos certe dicandus eſt. quod quidem faciam, teque omnium optimam, doctiſsimamque, approbantibus dijs immortalibus ipſis, in eorum cœtu locatam, ad opinionem omnium mortalium conſecrabo. Lact. li. c. 15.

*

Non enim omnibus ijdem illi ſapiẽtes arbitrati ſunt eundem curſum in cælum patere. Nam vitijs, & ſceleribus contaminatos deprimi in tenebras, atque in cœno iacere docuerunt; caſtos autem animos, puros, integros, incorruptos, bonis etiam ſtudijs, atque artibus expolitos, leni quondam ac facili lapſu ad deos, id eſt ad naturam ſui ſimilem peruolare. Lact. lib. 3. cap. 19.

*

Cedo

*Cedo, & manum tollo. Lact. lib. 3. cap. 28.*

*

Universidad de Deusto Biblioteca

## M. Tullij Ciceronis liber de ſuis conſiliis, vel expoſitio ſuorum conſiliorum.

*

SED *vt aliqua ſimilitudine adductus, maximis minima conferam, vt cum vinolenti adoleſcentes tibiarum etiam cantu, vt fit, inſtincti, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuiſſe tibicinam, vt ſpondæum caneret, Pythagoras dicitur: quod cum illa feciſſet, tarditate modorum, & grauitate cantus illorum furentem petulantiam reſediſſe. Boëth. li. muſic.*

*

## M. Tullij Ciceronis de virtutibus liber.

*

ILLVD *neutiquam probares. Cariſ. lib. 1.*

*





# M. TVLLII CICERONIS DE NOTIS LIBER.

| | | |
|---|---|---|
| *adprobat* | *modeſtus* | *epiſtola* |
| *comprobat* | *immodeſtus* | *littera* |
| *improbus* | *modicus* | *litteræ* |
| *probus* | *immodicus* | *ſyllaba* |
| *probitas* | *commodus* | *tempus* |
| *improbitas* | *incommodus* | *per tempus* |
| *probabilis* | *accommodat* | *per idem temp* |
| *reprobat* | *in modum* | *temporalis* |
| *modus* | *ad modum* | *extemporalis* |
| *modulus* | *quemadmodū* | *homo* |

In librum de notis.

DE EO libro quem de notis inſcripſiſſe videtur, ſic tradit Io. Tritemius ſcriptor eccleſiaſticus in Polygraphia, pluribus in locis. M. inquit, Tullius Cicero facundus Rom. orator librum ſcripſit, non paruæ quantitatis, notarum ad filium, quem ſanctus Cyprianus Carthaginienſium præſul, & martyr, multis, & notis, & dictionibus ampliauit, in modum ſcilicet dictionarij, vbi ſecūdum ordinem ponuntur primo characteres ſiue notæ,

poſtea dictiones per eoſdem characteres deſignatæ: ita vt dictio quæuis per notam ſibi ſignificaretur præpoſitam. Rarus eſt codex, inquit, & à me ſemel duntaxat repertus, vilique pretio emptus. Nam cum anno dominicæ natiuitatis M. C D. X C V I. bibliothecas plures, librorum amore, perluſtrarem, reperi memoratum codicem in quodam ordinis noſtri monaſterio nimia vetuſtate neglectum, proiectum ſub puluere atque contemptum. Interrogaui abbatem doctorem iuris, quanti illum æſtimaret. reſpondit Sancti Anſelmi parua opuſcula nuper impreſſa illi præferrem. Ad bibliopolas adij, poſtulata Anſelmi opuſcula pro ſexta floreni parte comparaui: Abbati, & monachis gaudens tradidi, & iam prope interitum actum codicem liberaui. Decreuerāt enim pergameni amore radendum. Ego autem, inquit, librum etiam hactenus habeo integrum, & incorruptum, quem nuſquam vidi alibi. His notis autem, inquit, tam Tullianis, quam à Cypriano adinuentis, biennio poſt in bibliotheca maioris eccleſiæ Argentinen. reperi totum Dauidis Pſalterium exaratum: niſi quod liber inſcriptionem, ab ignaro quodam præpoſitam haberet, Pſalte

Universidad de Deusto Biblioteca



Pſalterij in Armenica lingua: cum inſcribendus eſſet, Pſalterium Dauidis regis Latinum, notis Tullianis deſcriptum. Et ſi autem earum notarū tanta eſſet in illo libro copia, vt omnino ad ſcribendum omnia, quæcunque Latino ſermone volueris, ſufficere viderentur, tamen is paucas duntaxat notas ſubieciſſe ſe ſcribit, vt ex iis forma reliquarum videri ac cognoſci poſſit.

approbat improbus
comprobat probus

Hæc nos fere ad verbum ex Tritemio. Quæ ſane vel inde etiam poſſunt videri veriſimilia, quod Plutarchus ſcribit in Catone, Ciceronem ſcriptoribus breues quaſdam notas præſcripſiſſe, quibus Catonis de coniuratis oratio exciperetur. Ego tamen magnopere vereor, ne is ſit liber, cuius non Cicero ipſe, ſed Tullius Tiro Ciceronis libertus auctor extiterit: qua de re ſcribit Euſebius in Chronicis, Olympiadis C X C I I I. anno I I I I. Sane enim Tironem hunc complures libros reliquiſſe teſtatur Gellius lib. X I I I. cap. I X. Omnino autem veteres ipſos in ſcribendo breuibus quibuſdam notis vſos fuiſſe, idque non ſolum eiuſmodi, cum primis litteris, vt ait Iuſtinianus noſter, verba,

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba, & nomina notarentur, ſed etiam obſcurioribus quibuſdam, & quæ à paucis dumtaxat conſciis legi intelligique poſſint, aliunde affatim peti poteſt. Has ſane eiuſmodi notas litteras non eſſe, notat Paullus lib. x l i. ad edictum, ſcribere Pedium libr. x x v. ad edictum. vide D. de bon. poſſ. leg. v i.

M. Tullij Ciceronis Chorographia.

*

I b i *quercorum rami ad terram iacent, vt ſues quaſi capræ ex ramis glande paſcantur. Priſc. lib. 6.*

*

Quæ deinceps ſequuntur his Ciceronis ſcriptis, quæ ſuperſunt manca, & mutilata ſunt adijcienda.

Ad M. Tullij Ciceronis ad Varronem Academicorum lib. i.

*

Q v i d *autem ſtomachetur* Mneſarchus, *quid Antipater digladietur cum* Carneade *tot voluminibus?* Non. Digladiari.

Ad lib. i i. Academicorum Ad Varronem.

*

Q v i



Q v i *enim ſerius honores adhamauerunt, vix admittuntur ad eos, nec ſatis commendati multitudini poſſunt eſſe.* Nonius, Adhamare.

*

*Frangere auaritiam, ſcelera ponere, vitam ſuã exponere ad imitandum iuuentuti.* Nonius, *Exponere.*

*

*Quid? lunæ quæ lineamenta ſunt potes ne dicere, cur eius naſcentis alias hebetiora, alias acutiora videantur cornua?* Non. Hebes.

*

*Quid? mare non ne cæruleum? at eius vnda, cũ eſt pulſa remis, purpuraſcit, & quidem aqua tinctum quodammodo, & infectum.* Non. *Purpuraſcit.*

*

*Quid tam planum videtur, quam mare? ex quo etiam æquor illud poëtæ vocant.* Non. Aequor.

*

*Quibus etiam alabaſter plenus vnguenti putere videatur.* Non. Alabaſter.

*

*Alius adultis, alius ſenibus, alius ægris, alius ſiccis, alius vinolentis.* Non. Siccum.

*

*Si quando enim nos demerſimus, vt qui vrinantur, aut nihil ſuperum, aut obſcure admodum*

 cerni

*cernimus.* Non. Vrinari.

*

*Atqui, ſi id crederemus, non egeremus perpendiculis, non normis, non regulis.* Non. Perpendiculi.

*

*Cũ ouum inſpexerant, quæ gallina peperiſſet, dicere ſolebant.* Nonius, Gallina.

*

*Opera affixa.* Diomed.

*

## Ad lib. III. Academicorum ad Varronem.

*

IN *tanta animalium varietate homini vt ſoli cupiditas ingeneraretur cognitionis & ſcientiæ.* Non. Ingenerari.

*

*Aliqua poteſtas ſi ſit, vindicet ſe in libertatem.* Non. vindico.

*

*Digladiari autem ſemper, depugnare cum facinoroſis, & audacibus, quis non cum miſerrimum, tum etiam ſtultiſſimum dixerit?* Non. Digladiari.

*

*Et vt nos nunc ſedemus ad Lucrinum, piſciculoſque exſultantes videmus.* Non. Exſulto.

*Quod

Universidad de Deusto Biblioteca



*

*Quod ſi liceret vt ijs, qui in itinere deerrauiſſet, ſic vitam deuiam ſecutis corrigere errorem pœnitendo, facilior eſſet emendatio temeritatis.* Lact. lib. 6. ca. 24.

*

## Ad librum incertum Academicorum ad Varronem.

*

MIHI *autem non modo ad ſapientiam cæci videmur, ſed ad ea ipſa, quæ aliqua ex parte cerni videantur, hebeteſque & obtuſi.* Lactant. lib. 3. ca. 15.

*

*Latent iſta omnia Varro, magnis obſcurata, & circumfuſa tenebris.* Marcian. lib. 5. Fortun. lib. 3.

*

*Academico ſapienti ab omnibus ceterarum ſectarum qui ſibi ſapientes viderentur, ſecũdæ partes dantur, cum primas ſibi quemque vẽdicare neceſſe ſit, ex quo poteſt probabiliter confici, eum recte primum eſſe iudicio ſuo, qui omnium ceterorum iudicio ſit ſecundus.* Fac enim, verbi cauſſa, Stoicum adeſſe ſapientem. nam contra eos potiſſimum Academicorum exarſit ingenium. Ergo Zeno, vel Chryſippus *ſi interrogetur, quid ſit ſapiens, reſpondebit*

 eum

Universidad de Deusto Biblioteca

eum eſſe, quem ipſe deſcripſerit. Contra Epicurus, vel quis alius aduerſariorum negabit, ſuumque potius peritiſsimum voluptatum aucupem ſapientem eſſe contendet. Inde ad iurgium. Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hominem natum ad nihil eſſe aliud, quam honeſtatem: ipſam ſuo ſplendore in ſe animos ducere, nullo prorſus commodo extrinſecus poſito, & quaſi lenocinante mercede: voluptatemque illam Epicuri ſolis inter ſe pecoribus eſſe communem, in quorum ſocietatem & hominem, & ſapientem trudere ne fas eſſe. Contra ille, conuocata de hortulis in auxilium quaſi libera turba temulentorum, quærentium tantum, quem incomptis vnguibus bacchantes aſperoq; ore diſcerpant, voluptatis nomẽ, ſuauitatem, quietem teſte populo exaggerãs, inſtat acriter, vt, niſi ea, beatus nemo eſſe poſſe videatur. In quorum rixam ſi Academicus incurrerit, vtroſque audiet trahentes ſe ad ſuas partes. ſed ſi in illos, aut in iſtos conceſſerit, ab eis, quos deſerit, inſanus, imperitus, temerariuſque clamabitur. Itaq; cum & hac, & illac aurem diligentem admouerit, interrogatus quid ei videatur, dubitare ſe dicet. Roga nunc Stoicum, qui ſit melior, Epicurus ne, qui delirare illum clamat, an Academicus, qui ſibi adhuc de re tanta deliberandum eſſe pronuntiat? nemo dubitat Aca-

demicum



demicum prælatum iri. Rurſus te ad illum conuerte, & quære, quem magis amet, Zenonem, à quo beſtia nominatur, an Arceſilam, à quo audit, tu fortaſſe verum dicis, ſed requiram diligentius: nonne apertum eſt totam illam porticum inſanam, Academicos autem præ illis modeſtos, cautóſque homines videri Epicuro. Auguſt. lib. 3. contra Acad.

*

Talia mihi videntur omnia, quæ probabilia, vel veriſimilia putaui nominanda; quæ tu ſi alio nomine vis vocare, nihil repugno, ſatis enim mihi eſt, te iam bene accepiſſe quid dicam, id eſt quibus rebus hæc nomina imponam. non enim vocabulorum opificem, ſed rerum inquiſitorem decet eſſe ſapientem. Aug. lib. 1. contra Academ.

*

Mos fuit Academicis occultandi ſententiam ſuã, nec eam cuiquam, niſi qui ſecum ad ſenectutem vſque vixiſſent, aperiendi. Auguſt. li. 3. contra Acad.

## M. Tullij Ciceronis ad librum de natura deorum III.

*

PRIMVM igitur non eſt probabile, eam materiam rerum, vnde orta ſunt omnia, eſſe diuina prouidentia effectam, ſed habere, & ha-

 buiſſe

Universidad de Deusto Biblioteca

*buiſſe vim, & naturã ſuam. Vt igitur faber, cum quid ædificaturus eſt, non ipſe facit materiã, ſed ea vtitur, quæ ſit parata, fictorque item cera, ſic iſti prouidentiæ diuinæ materiam præſto eſſe oportuit, non quam ipſe faceret, ſed quam haberet paratam. quod ſi non eſt à deo materia facta, ne terra quidem, & aqua & aër, & ignis à deo factus eſt. Lact. lib. 2. cap. 9.*

*

*Nõ ſunt iſta vulgo diſputãda, ne ſuſceptas publice religiones diſputatio talis exſtinguat. Lactant. lib. 2. cap. 3.*

### M. Tullij Ciceronis ad lib. I. de diuinatione.

*

PRAETEREA *ſimiliter cohortatione circum conciliabula antecellunt. Diomed. lib. 1.*

*

### M. Tullij Ciceronis ad lib. I. de legibus.

*

SICVT *vna eadẽq; natura mũdus omnibus partibus inter ſe congruentibus cohæret ac nititur, ſic omnes homines inter ſe natura cõfuſi prauitate diſſentiunt, nec ſe intelligunt eſſe conſanguineos, & ſubiectos omnes ſub vnam, eandemque tutelam: quod ſi teneretur,*





*tur, deorum profecto vitam omnes viuerent. Lactant. lib. 5. cap. 8.*

### Ad lib. II. de legibus.

*

MAGNVM, *audaxque cõſilium Græcia ſuſcepit, quod Cupidinum, & Amorum ſimulacra in gymnaſijs conſecrauit. Lactan. lib. 1. cap. 20.*

*

### Ad lib. V. de legibus.

*

VIS *ne igitur, quoniam ſol paullulum à meridie iam deuexus videtur, neque dum ſatis ab his nouellis arboribus omnis hic locus opacatur, deſcendamus ad Lirim, eaq; quæ reſtãt, in illis alnorum vmbraculis perſequamur? Macr. lib. 6.*

### Ad librum incertum de legibus.

*

GRATVLEMVRQVE *nobis, quoniam mors aut meliorẽ quam qui eſt in vita, aut certe nõ deteriorẽ eſt allatura ſtatũ. nam ſine corpore animo vigente, diuina eſt vita, ſenſu carente, nihil profecto eſt mali. Lact. l. 3. c. 19.*

*

*Octo pœnarum genera in legibus continentur, damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exſilium, mors, ſeruitus. Aug. l. 21. c. 11. ciuit.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

## M. Tullij Ciceronis ad lib. de fato.

*

CHRYSIPPVS *æſtuans, laborãſque quonã pacto explicet, & fato omnia fieri, & eſſe aliquid in nobis, intricatur hoc modo. Gellius lib.5. ca.3.*

*

*Nam cum eſſet apud ſe ad Lauernium Scipio, vnaque Põtius; allatus forte Scipioni acipenſer, qui admodum raro capitur, ſed eſt piſcis, vt ferunt, in primis nobilis. Cum autem Scipio vnum & alterum ex ijs, qui eum ſalutatum venerãt, inuitaſſet, pluréſque etiam inuitaturus videretur, in aurem Pontius, Scipio, inquit, vide quid agas. acipenſer iſte paucorum hominum eſt. Macr. l.3.*

## M. Tullij Ciceronis ad Timæum ex Platone.

*

RATIONE *igitur, & mente diuina ad originem temporis curriculum inuentum eſt ſolis, & lunæ. Non. curriculum.*

*

* *Deſinſtrix. Priſc. lib. 1. part.*

M. T.



# M. T. CICERONIS FRAGMENTORVM TOMVS QVARTVS,

Qui poëmata continet, & quædam incerta.

*Ex Andr. Patricij ſecunda editione.*

---

## ELENCHVS POEMATVM Ciceronis, quæ hoc tomo continentur.

*Phænomena ex Arato.*
*Alcyones.*
*Limo.*
*Marius.*
*Prognoſtica.*
*De conſulatu lib.* III.
*De ſuis temporibus lib.* III.
*Elegia Tamelaſtis.*
*Homeri conuerſio.*
*Iocularis libellus.*

# M. TVLLII CICERONIS PHAENOMENA ex Arato.

Universidad de Deusto Biblioteca

A IOVE Muſarum primordia. * ic. 2. leg.

*

Cic. 2. Cetera labuntur celeri cæleſtia motu,
at. deo- Cum cæloque ſimul nocteſque dieſq; feruntur.
um.

*

Extremuſque adeo duplici de cardine vertex
Dicitur eſſe polus. *

*

Ex his altera apud Graios Cynoſura vocatur.
Altera dicitur eſſe Helice. *
Quas noſtri ſeptem ſoliti vocitare triones.

*

Hac fidunt duce nocturna Phœnices in alto,
Sed prior illa magis ſtellis diſtincta refulget,
Et late prima confeſtim à nocte videtur.
Hæc vero parua eſt: ſed nautis vſus in hac eſt.
Nam curſu interiore breui conuertitur orbe.
Has inter, veluti rapido tum gurgite flumen,
Toruu' Draco ſerpit, ſubter ſupraque reuoluens
Seſe, conficienſque ſinus è corpore flexos.

*

Huic nō vna modo caput ornans ſtella relucet,
Verum tempora ſunt duplici fulgore notata,
E trucibuſq; oculis duo feruida lumina flagrāt.
Atque vno mentum radianti ſidere lucet:

Obſti



Obſtipum caput & tereti ceruice reflexum,
Obtutum in cauda maioris figere dicas.

*

Hoc caput hic paullum ſeſe ſubitoque recondit
Ortus vbi atq; obitus parte admiſcētur in vna.
*id caput autem
Attingens defeſſa velut mærentis imago
Vertitur. *
Engonaſim vocitāt, genibus quia nixa feratur.

*

Hic illa eximio poſita eſt fulgore Corona.

*

Quem claro perhibēt Ophiuchū nomine Graij.

*

Hic preſſu duplici palmarum cōtinet Anguem,
Eius & ipſe manet religatus corpore toto.
Namque virum medium ſerpens ſub pectora cingit,
Ille tamen nitens grauiter veſtigia ponit,
Atque oculos vrget pedibus, pectuſque Nepai. Priſc. lib. 7.

*

Arctophylax vulgo qui dicitur eſſe Bootes:
Quod quaſi temone adiunctam præ ſe quatit Arctum. Cicero 2. de nat. deorum.

*

* ſubter præcordia fixa videtur
Stella micans radijs Arcturus nomine claro. Priſc. lib. 6.

*

*ſub pedibus profert finita Booti Cic. 2.
Spicum nat. deo.

Universidad de Deusto Biblioteca

Spicum illuſtre tenens ſplendẽti corpore Virgo.

*

Lact.l.5. Malebant tenui contenti viuere cultu.

*

Ferrea tum vero proles exorta repente eſt,
Cic.2.de nat.deor. Auſaque funeſtum primũ eſt fabricarier enſem,
Et guſtare manu victum domitumq; iuuencum.

*

Lact.l.5. Et Iouis in regno cælique in parte reſedit.

*

Priſc.l.4. Huic ſupera duplices humeros affixa videtur
Stella, micans tali ſpecie talique nitore.

*

Priſc.l.6. Tertia ſub caudam & genus ipſum lumina
pandit.

*

Cic.2. nat.deo. Et natos Geminos inuiſes ſub caput Arcti:
Subiectus mediæ eſt Cãcer. pedibuſque tenetur
Magnu' Leo tremulam quatiẽs è corpore flammam.

*

Cic.in oratore. Hoc motu radiantis Eteſiæ in vada ponti.

*

Priſc.l.7. Nauibus aſſumptis fluitãtia quærere apluſtra.

*

Cic.2. nat. Sub læua Geminorum obductus parte feretur.
Aduerſum caput huic Helice truculẽta tuetur.
At Capra læuum humerum clara obtinet *

*

Verum



Verũ hæc eſt magno atq; illuſtri prædita ſigno
Cõtra Hædi exiguum iaciũt mortalibus ignẽ.
Cuius ſub pedibus*

*

Corniger eſt valido connexus corpore Taurus.

*

Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt.

*

Namque ipſum ad tergum Cynoſuræ vertitur
Arcti.

*

Obſcura ſpecie ſtellarum Caſsiopea.

*

Hanc autem illuſtri verſatur corpore propter
Andromeda, aufugiẽs aſpectum mæſta parentis.

*

Huic Equus ille iubam quatiẽs fulgore micanti
Summum cõtingit caput aluo: ſtellaque iũgens
Vna, tenet duplices communi lumine formas,
Aeternum ex aſtris cupiens connectere nodum.

*

Exin contortis Aries cum cornibus hæret.

*

E*quibus hinc ſubter poſsis cognoſcere fultum:
Iam cæli mediam partem terit, vt prius illæ
Chelæ cum pectus*quod cernitur Orionis.
Et prope conſpiciens paruum ſub pectore claro
Andromedæ ſignum, Deltoton dicere Graij
Quod ſoliti, ſimili quia forma littera claret.

Huic

Universidad de ... Biblioteca

Huic ſpatio ductũ ſimili latus exſtat vtrumq;
At non tertia pars lateris,*nam nõ minor illis
Sed ſtellis longe denſis præclara relucet.
Inferior paullo eſt aries, & ſlamen ad Auſtri
Inclinatior, atq; etiam vehementius illo
Piſces, quorum alter paullo prælabitur ante,
Et magis horriſonis Aquilonis tangitur*alis.
Atq; horum*è caudis duplices velut eſſe catenæ
Dicantur ſua diuerſæ per lumina ſerpunt,
Atque vna tandẽ in ſtella cõmuniter hærent,
Quam veteres ſoliti cæleſtem dicere nodum.
Andromedæ læuo ex humero*ſiqua exere pges
*At poſitum poteris ſupra cognoſcere piſcem.
E pedibus * vatum ſummo natus Ioue Perſeus
Quos*humeros retinet defixo corpore Perſeus:
*Quem ſumma ab regione Aquilonis ſlamina
pulſant.
Hic dextram ad ſedes intendit Caſsiopeæ
Diuerſoſque pedes vinctos talaribus aptis,
Puluerulentus vti de terra lapſu' repente
In cælum victor magnum ſub culmine portat.
At propter læuum genus omni ex parte locatas
Paruas Virgilias tenui cum luce videbis:
Hæ ſeptem vulgo perhibentur more vetuſto
Stellæ, cernuntur vero ſex vndique paruæ.
At non interÿſſe putari conuenit vnam:
Sed fruſtra temere à vulgi ratione ſine vlla
Septem dicier, vt veteres ſtatuere poëtæ,
Aeterno cunctas æuo qui nomine dignant,
Alcyo



Alcyone, Meropeque, Celæno, Taygeteque,
Electra, Steropeque, ſimul ſanctiſsima Maia.
Hæ tenues paruo labentes lumine lucent.
At magnum nomen ſigni, clarumque vocatur,
Propterea quod & æſtatis primordia*clarent,
Et poſt hiberni præpandens temporis ortus
Admonet vt mandent mortales ſemina terris.
Inde Fides*leuiter poſita & conuexa videtur,
Mercurius*paruus manibus quam dicitur olim
*Infirmis fabricatus in alta ſede locaſſe
*Quæ genus ad læuum nixi delapſa reſedit,
Atque inter flexũ genus & caput Alitis hæſit.
Namque eſt ales auis lato ſub tegmine cæli
Quæ volat, & ſerpẽs geminis ſecat aëra pẽnis.
Altera pars huic obſcura eſt, et luminis expers,
Altera nec paruis nec claris lucibus ardet,
Sed mediocre iacit quatiens è corpore lumen.
Hæc dextrã Cephei dextro pede pellere palmã
Geſtit: iam vero clinata eſt vngula vehemens
Fortis equi propter pennati corporis alam.
Ipſe autem labens*multis equus ille tenetur
Piſcib⁹:*hinc ceruix dextra mulcetur Aquari.
Serius hæc obitus terras*iuſsit equinis
Quam gelidũ valido de corpore frigus anhelãs
Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe:
Quem cum perpetuo veſtiuit lumine Titan,
Brumali flectens * contorquet tempore curſum.
Hoc caue te ponto ſtudeas committere menſe.
Nam non longinquum ſpatiũ*labere diurnum.
Non

Universidad de Deusto Biblioteca

*Non hiberna cito voluetur curriculo nox.*
*Humida non ſeſe veſtris aurora querelis*
*Ocyus oſtendet clari prænuntia ſolis.*
*At validis æquor*pulſabit viribus Auſter,*
*Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.*
*Sed tamen anni iam labuntur tempore toto,*
*Nec cui ſignorum cedunt , nec flamina vitant,*
*Nec metuũt canos minitanti murmure fluctus.*
**Atque etiam ſupero naui pelagoq; vagato*
*Menſe, ſagittipotens ſolis cum ſuſtinet orbem.*
*Nam iam tũ nimis exiguo lux tẽpore præſto eſt.*
*Hoc ſignũ veniens poterunt prænoſcere nautæ.*
**Iam prope præcipiti ante licebit viſere nocti*
*Vt ſeſe oſtendens emergat Scorpios alte,*
*Poſteriore trahens flexum vi corporis, arcum:*
*Iam ſupera cernes arcti caput eſſe minoris,*
*Et magis erectum ad ſummũ verſarier orbem.*
*Tum ſeſe Orion toto iam corpore condit*
*Extrema prope nocte, et Cepheus cõditur ante,*
*Lumborum tenus à palma depulſus ad vndas.*
*Hic*Miſſo reuocans fulgens iacet vna ſagitta*
*Quam propter nitens penna conuoluitur Ales,*
*Et clinata magis paullo eſt Aquilonis ad auras.*
*At propter ſe aquila ardenti cũ corpore portat*
*Igniferum mulcens tremebundis æthera pennis.*
*Non minus ingẽti cũ corpore, ſed graue mæſtis*
*Oſtendit nautis perturbans æquora ſignum.*
*Tũ magni curuus Capricorni corpora propter*
*Delphinus iacet haud nimio luſtratu' nitore,*





*Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas,*
*Quas interuallum binas diſterminat vnum.*
*Cetera pars læta tenui cum lumine ſerpit.*
*Illæ, quæ fulgent luces ex ore coruſco,*
*Sunt inter partes gelidas Aquilone locatæ*
*Atq; inter ſpatium & læti veſtigia ſolis.*
*At pars inferior Delphini fuſca videtur*
*Inter ſolis iter, ſimul inter flamina venti*
*Viribus erumpit qua ſummi ſpiritus Auſtri.*
*Exinde Orion obliquo corpore nitens*
*Inferiora tenet truculenti corpora tauri:*
**Quem qui ſuſpiciet in cælum nocte ſerena*
*Late diſperſum non viderit, abdita vero*
*Cetera ne ſperet cognoſcere ſigna poteſſe.*
*Namque pedes ſubter rutilo cum lumine claret*
*Feruidus ille Canis ſtellarum luce refulgens.*
*Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia*Veſper*
** Ver toto ſpirans rabido de corpore flammam*
*Aeſtiferos validis erumpit flatibus ignes,*
*Totus ab ore micans iacitur mortalibus ardor.*
*Hic vbi ſe pariter cum ſolem lumina cæli*
*Extulit, haud patitur foliorum tegmine fruſtra*
*Suſpenſos animos arbuſta ornata tenere.*
*Nam quorum ſtirpeis tellus amplexa prehendit*
*Hæc augens anima vitali*flamina mulcet.*
*At quorum nequeunt radices findere terras,*
*Denudat folijs ramos & cortice truncos.*
*Hunc propter ſubterq; pedes quẽ diximus ante*
*Oriona iacet leuipes Lepus. Hic fugit ictus*

Universidad de Deusto Biblioteca

Horrificos metuens roſtri tremebundus acuti.
Nam Canis infeſto ſequitur veſtigia curſu
Præcipitãtem agitãs, *oriens iam deniq; paullo
Curriculum numquam defeſſo corpore ſedans.
At Canis ad caudã ſerpens * prælabitur Argo
Conuerſam præ ſe portãs cum lumine puppim:
Non aliæ naues vt in alto pondere proras
Ante ſolent roſtro Neptunia prata ſecantes,
Sed conuerſa retro cæli *ſemper loca portat,
Sicut cum cæptant tutos * conſtringere portus,
Obuertunt nauem magno cum pondere nautæ,
Aduerſamq; trahunt optata ad littora puppim.
Sic conuerſa vetus ſuper æthera vertitur Argo,
Aeque vſq; à prora ad *cælũ ſine lumine malũ,
A malo ad puppim cum lumine clara videtur.
Inde gubernaclum diſperſo lumine fulgens
Clari poſteriora Canis veſtigia * condit.
Exin ſemotam procul in tutoque locatam
Andromedã tamẽ explorãs fera quærere Piſtrix
Pergit, & vſq; ſitã validas Aquilonis ad auras
Cærula veſtigat finita in partibus Auſtri.
Hanc Aries tegit & ſquamoſi corpore Piſces
Fluminis illuſtri tangentem corpore ripas.
Namq; etiam Eridanũ cernes in parte locatum
Cæli: funeſtum magnis cum viribus amnem
Quem lacrymis mæſtæ Phaëtontis ſæpe ſorores
Sparſerunt, letum mærenti voce canentes.
Hunc Orionis ſub læua cernere planta
Serpentem poteris, proceraque vincla videbis

Quæ



Quæ retinent Piſces caudarum parte locata
Flumine miſta retro ad Piſtricis terga reuerti.
*Hinc vna ſtella vertuntur, quam iacit ex ſe
*Piſtricis ſpina valida cum luce refulgens.
Exinde exiguæ tenui cum lumine multæ
Inter Piſtricem fuſæ ſparſæque videntur,
Atque gubernaclum ſtellæ, *quas cõtigit omnis
Formidans acrẽ morſum Lepus, his neq; nomen
Nec formam veteres certam ſtatuiſſe videntur.
*Nam quæ ſideribus claris natura poliuit,
Et vario pinxit diſtinguens lumine formas,
*Hæc ille aſtrorum cuſtos ratione notauit,
Signaque ſignauit cæleſtia nomine vero.
Has autem quæ ſunt paruo ſub culmine fuſæ
Conſimili ſpecie ſtellas parilique nitore
Non potuit nobis nota * clarere figura:
Exinde auſtralem ſoliti * conuincere piſcem
Voluitur inferior Capricorno verſus ad auſtrũ
Piſtricem obſeruãs procul illis Piſcibus hærens.
Et prope conſpicies expertes nominis omnes
Inter Piſtricem & Piſcem, quẽ diximus Auſtri
Stellas ſub pedibus ſtratas radiantis Aquari.
Propter Aquarius obſcurũ dextra rigat amnẽ
Exiguo qui ſtellarum candore niteſcit.
E multis tamen his duo late lumina fulgent,
Vnum ſub magnis pedibus cernetur Aquari,
Quod ſupereſt gelido delapſum flumine fontis
Spiniferam ſubter caudam Piſtricis adhæſit.
Et tenues ſtellæ perhibentur nomine Aquai.

Universidad de Biblioteca

Hic aliæ volitant paruo cum lumine claræ,
Atque priora pedum ſubeunt veſtigia magni
Arcitenentis,& obſcuræ ſine nomine condunt.
Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram quam flatu permulcet ſpiritus Auſtri,
Exiguo ſuperum quæ *lumina tempore tranat.
Nam procul Arcturo eſt aduerſa parte locata.
Arcturo magnum*ſpatium ſupra dedit,orbem.
Iupiter *hunc paruũ inferiore in parte locauit.
*Hic tamen æterno inuiſens loca curriculo nox
Signa dedit nautis,cuncti quæ noſcere poſſent,
Commiſerans hominũ metuẽdos vndiq; caſus.
Nam cum fulgentem cernes ſine nubibus atris
Aram ſub media cæli regione locatam,
A ſumma parte obſcura caligine tectam,
Tum validis fugito deuitans viribus Auſtrum.
Quem ſi proſpiciens vitaueris omnia caute
Armamenta locans,tuto labere per vndas.
Sin grauis inciderit vehementi flamine ventus
Perfringet celſos defixo robore malos,
Vt res nulla feras poſſit mulcere procellas,
Ni parte ex Aquilonis opacam pellere nubem
Cæperit,& ſubitis auris diduxerit ara.
Sin humeros medio in cælo Centaurus habebit,
Ipſeque cærulea contectus nube feretur
Atque aram tenui caligans veſtiet vmbra,
Ad ſignorum obitum vis eſt metuenda Fauoni.
Ille autem Centaurus in alta ſede locatus
Qua ſeſe claro collucens Scorpios infert

*Hæc



*Hæc ſubter partem præportans ipſe virilem
Cedit,equi partis properat coniungere chelis.
Hic dextrã porgens quadrupes qua vaſta tene-
Quã nemo certo donauit nomine graiũ, (tur,
Tendit,& illuſtrem truculentus cedit ad aram.
Hic ſeſe infernis de partibus erigit Hydra
Præcipiti lapſu flexo cum corpore ſerpens.
Hæc caput,atq; oculos torquẽs ad terga Nepai,
Conuexoque ſinu ſubiens inferna Leonis,
Centaurum leni contingit lubrica cauda,
In medioque ſinu fulgens cratera relucet.
Extrẽmum nitens plumato corpore Coruus
Roſtro tundit.& hic, Geminis eſt ille ſub ipſis
*Antecanem graio Procyon qui nomine fertur.
Hæc ſunt quæ viſens nocturno tempore ſigna
Legitimo cernes cæli luſtrantia curſu,
Aeternumque volens mũdi pernoſcere motum.
Nam quæ per bis ſex ſignorum labier orbem
Quinque ſolent ſtellæ, ſimili ratione notari
Non poſſunt: quia quo faciunt veſtigia curſu,
Non eodem ſemper ſpatio portata teruntur.
*Sic malunt errare vagæ per nubila cæli
Atq; ſuos vario motu metirier orbes.
Hæc faciunt magnos longinqui temporis annos
Cum redeũt ad idem cæli ſub tegmine ſignum.
Quare ego nunc nequeo totos euoluere curſus.
Verum hæc quæ ſemper certo euoluũtur in orbe
*Fixa ſimul magno ſedem gentibus orbes
Quattuor æterno luſtrantes lumine mundum.

Universidad de Deusto Biblioteca

Orbis ſtelligeri portantes ſigna feruntur
Amplexi terra cæli ſub tegmine fulti.
E quibus annorum volitantia lumina noſces
Quæ denſis diſtincta licebit cernere ſignis.
*Tum magnos orbis magno cum lumine latos
Vinctos inter ſe, & nodis cæleſtibus aptos
Atque pari ſpatio duo cernes eſſe duobus.
Nam ſic nocturno cognoſcens tempore cælum
Cum neque caligans detergit ſidera nubes,
Nec pleno ſtellas *ſuperarit lumine Luna
Vidiſti magnum candentem ſerpere circum:
Lacteus hic nimio fulgens candore *notatur.
Hic non perpetuum detexens conficit orbem,
Sed ſpatio multum * ſupereſt præſtare duobus,
Dicitur & late cæli luſtrare cauernas,
Quorum alter tangẽs Aquilonis vertitur auras
Ora petẽs Geminorũ illuſtria. tum genus ardẽs
In ſeſe retinens auriga portat vtrumque.
Hũc ſura læua Perſeus humeroq; ſiniſtro (tur,
Tãgit: ad Andromedã hic dextra de parte tene-
Imponitq; pedes duplices Equus, & ſimul Ales
Ponit auis caput, & clinato corpore tergum,
Anguitenens humeris connititur: illa recedens
Auſtrum conſequitur deuitans corpore Virgo.
At vero totum ſpatium conueſtit & orbis
Magnu' leo & claro collucens lumine Cancer,
In quo conſiſtens conuertit curriculum ſol
Aeſtiuus, medio diſtinguens corpore curſus.
Hic totus medius circo diſiungitur ipſo





Pectoribus validis atq; aluo poſsidet orbem.
Hunc octo in parteis diuiſum noſcere circum
Si potes, inuenies ſupero conuertier orbe
Quinque pari ſpatio partes, treis eſſe relictas
Tempore nocturno, quas vis inferna frequentet.
*Alter ab infernis auſtri conuertitur auris.
Diſtribuens mediũ ſubter ſecat hic Capricornũ
Atque pedes gelidum riuum fundentis Aquari,
Cæruleaq; feram caudã Piſtricis, & illũ (plã
Fulgẽtẽ Leporẽ, inde pedes Canis, & ſimul am-
Argolicam retinet crebro cum lumine Nauem,
Tergaque Centauri atq; Nepai portat acumen.
Inde Sagittari defixum poſsidet arcum.
Hunc à clariſonis auris Aquilonis ad Auſtrum,
*Condens poſtremum tangit rota feruida ſolis:
Exinde in ſuperas brumali tempore flexu
Se recipit ſedes: huic orbi quinque tributæ
Nocturnæ partes ſupera tres luce dicantur.
Haſce inter, mediam in partẽ retinere videtur
Tantus quantus erat collucens lacteus orbis,
In quo autumnali, atq; iterũ ſol lumine verno
Exæquat ſpatium lucis cum tempore noctis.
Hunc retinens Aries ſublucet corpore totus,
Atque genu flexo Taurus connititur ingens:
Orion claro contingens corpore fertur.
Hydra tenet flexu Craterã, Coruus adhæret.
Et paucæ è Chelis ſtellæ ſimul Anguitenentis
Sunt genua & ſummi Iouis Ales nũtius inſtat.
Propter Equus capite, & ceruicũ lumine tãgit.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hoſce æquo ſpatio * deuinctos ſuſtinet axis,
Per medios ſummo cæli de vertice tranans.
Ille autem claro quartus cum lumine circus
Partibus extremis extremos continet orbes,
Et ſimul à medio media de parte ſecatur,
Atq; obliquus in his nitens cum lumine fertur:
Vt nemo cui ſancta manu doctiſsima Pallas
Sollertem ipſa dedit fabricæ rationibus artem,
Tam tornare cate contortos poſsiet orbis
Quam ſunt in cælo diuino * lumine flexi
Terram cingentes, ornantes lumine mundum,
Culmine tranſuerſo retinentes ſidera fulta.
Quattuor hi motu cuncti voluuntur eodem.
Sed tantum ſupera terras ſemper tenet ille
Curriculũ, oblique inflexus tribus orbibꝰ vnus,
Quãto eſt diuiſus Cancer ſpatio à Capricorno,
Ac ſubter terras ſpatium par eſſe neceſſe eſt.
Et quantos radios iacimus de lumine noſtro
Quis lunæ conuexum *cæli cõtingimus orbem,
Sex tantæ poterunt ſub eum ſuccedere partes
Bina pari ſpatio cæleſtia ſigna tenentes.
Zodiacum hunc Græci vocitant, noſtriq; Latini
Orbem ſigniferum perhibebunt nomine vero:
Nam gerit hic voluens bis ſex ardentia ſigna.
Aeſtifer eſt pandens feruentia ſidera Cancer.
Hunc ſubter fulgens cedit vis torua Leonis.
Quem rutilo ſequitur collucens corpore virgo.
Exin proiectæ claro cum lumine Chelæ,
Ipſaque conſequitur lucens vis magna Nepai:





Inde Sagittipotens dextra flexũ tenet arcum:
Poſt hunc ore fero Capricornus vadere pergit:
Humidus inde loci collucet * Aquarius orbem.
Exin ſquamiferi ſerpentes ludere Piſces,
Quis comes eſt Aries obſcuro lumine labens
Inflexoque genu proiecto corpore Taurus,
Et Gemini clarum iactantes lucibus ignem.
Hæc ſol æterno conueſtit lumine luſtrans
Annua conficiens vertentia tempora curſu.
Hic quantus terris conuexus pellitur orbis
Tantũdem ille *patẽs ſupra mortalibus exſtat.
Sex omni ſemper cedunt labentia nocte,
Tot cælum iuſſus fugientia ſigna reuiſunt.
Hoc ſpatium tranans cæcis *nos conficit vmbris
Quod ſupera terras prima de nocte relictũ eſt
Signifero *ex orbis & ſignorum ordine fultum.
Quod ſi ſolis aues certos cognoſcere curſus,
Ortus ſignorum nocturno tempore viſes.
Nam ſemper ſignũ exoriẽs Titan trahit vnum.
Sin autem officiens ſignis mons obſtruet altus,
Aut adiment lucem cæca caligine nubes,
Certas ipſe notas cæli de tegmine ſumens
Ortus atque obitus omnis cognoſcere poſsis.
Quæ ſimul exſtitãt, cernes quæ tempore eodem
Præcipitent obitum nocturno tempore noſces.
Iam ſimul vt ſupero ſe toto lumine Cancer
Extulit, extemplo cedit delapſa Corona
Et loca conuiſit cauda tenus infera Piſcis.
Dimidiam retinens ſtellis diſtincta Corona

Universidad de Deusto Biblioteca

Partē etiā ſupera, atq; alia de parte repulſa eſt:
Quā tamē inſequit̄ Piſcis, nec totus ad vmbras
Tractus, ſed ſupero contectus corpore cedit,
Atq; humeros vſq; à genibus, clarumq; recōdit
Anguitenēs validis magnū à ceruicibus Anguē.
Iam vero Arctophylax nō æqua parte ſecatur.
Nam breuior clara cæli de parte videtur,
Amplior infernas depulſus poßidet vmbras.
Quattuor hic obiens ſecum deducere ſigna
Signifero ſolet ex orbi, tum ſerius ille,
Cum ſupera ſeſe ſatiauit luce, recedit,
Poſt mediam labens claro cum corpore noctem.
Hæc obſcura tenens conueſtit ſidera tellus,
At parte ex alia claris cum lucibus errat
Orion humeris, & lato pectore fulgens,
Et dextra retinens non caſſum luminis enſem.
Sed cum de terris vis eſt patefacta Leonis,
Omnia quæ Cancer præclaro detulit ortu
Cedunt obſcurata, ſimul vis maior Aquari
Pellitur, ac flexo conſidens corpore Niſus
Iam ſupero ferme depulſus lumine cedit:
Sed læuū genus, atque illuſtrē linquit in altum
Plantā, tū cōtra exoritur clarū caput Hydræ,
Et Lepus, & Procyon, qui ſeſe feruidus infert
Ante Canē, inde Canis veſtigia prima vident̄.
Non pauca è cælo depellens ſigna repente
Exoritur candens illuſtri lumine Virgo.
Cedit clara Fides Cyllenia, mergitur vnda
Delphinus, ſimul obtegitur depulſa Sagitta,

Atq;



Atq; Auis ad ſummā caudam, primaſq; recedit
Pinnas, & magnus pariter delabitur Amnis.
Hic Equus à capite, & longa ceruice lateſcit.
Longius exoritur iam claro corpore Serpens,
Crateraque tenus lucet mortalibus Hydra.
Inde pedes Canis oſtendit iam poſteriores,
Et poſt ipſe trahit claro cum lumine Puppim.
Inſequitur labens per cæli lumina Nauis,
Et iamiam toto proceßit corpore Virgo.
Hæc medium oſtendit radiato ſtipite malum.
At quum procedunt obſcuro corpore Chelæ
Exſiſtit pariter larga cum luce Bootes,
Cuius in aduerſum eſt Arcturus corpore fixus.
Totaque iam ſupera fulgens prolabitur Argo:
Hydraque quod late cælo diſperſa tenetur,
Nondū tota patet, nam caudā contegit vmbra.
Iam dextrū genus, & decoratā lumine ſuram
Erigit ille vagans vulgato nomine Niſus,
Quē nocte exſtinctū atq; exortū vidimus vna
Perſæpe vt paruū tranans geminauerit orbem.
Hic genus & ſuram cum Chelis erigit alte,
Ipſe autem præceps obſcura nocte tenetur
Dum Nepa & Arcitenēs inuiſant lumina cæli,
Non ſe cum medium pandet Nepa, tollere vero
In cælum totum exoriens conabitur arcus.
Hic tribus elatus cum ſignis corpore toto
Lucet: at exoritur media de parte Corona,
Caudaque Cētauri extremo candore refulget,
Hic ſe iam totū cæcas equus abdit in vmbras.

Quem

Universidad de Deusto Biblioteca

Quem rutila fulgens pluma præteruolat Ales.
Occidit Andromedæ clarū caput, et fera Piſtrix
Labitur horribileis epulas funeſta requirens.
Hanc cōtra Cepheus non ceſſat tēdere palmas.
Illa vſque ad ſpinam mergens ſe cærula condit.
At Cepheus caput atque humeros, palmaſque reclinat,
Cum vero vis eſt vehemens exorta Nepai,
*Late volat fuſa: per terras fama vagatur
Vt quondam Orion manibus violaſſe Dianam
Dicitur, excelſis errans in collibus amens,
Quos tenet Aegæo defixa in gurgite Echineis
*Brachia quam viridi conueſtis tegmine vitis.
Ille feras vecors amenti corde necabat
Oenopionis auens epulas cenare nitentis.
At vero pedibus ſubito perculſa Dianæ
Inſula diſceſsit, diſiectaque ſaxa reuellens
Perculit & cæcas luſtrauit luce lacunas.
E quibus ingenti exſiſtit cum corpore præ ſe
Scorpios infeſtus præportans flebile acumen.
Hic valido cupide venantem perculit ictu
Mortiferum in venas figens per vulnera virus.
Ille graui moriens conſtrauit corpore terram.
Quare cum magnis ſeſe Nepa lucibus effert
Orion fugiens commendat corpora terris.
Tum vero fugit Andromeda, & Neptunia Piſtrix
Tota latet, cedit conuerſo corpore Cepheus
Extremas medio contingens corpore terras.

Hic



Hic caput et ſuperas potis eſt demergere partes.
Infera lumborum numquam conueſtiet vmbra.
Nam retinent Arcti luſtrantes lumine ſuras.
Labitur illa ſimul gnatam lacrymoſa requirens
Caſsiopea, neque ex cælo depulſa decore
Fertur: nam verſo contingens vertice primum
Terras poſt humeris euerſa ſede refertur.
Hanc illi tribuunt pœnam Nereides almæ.
Cū quibus vt perhibēt auſa eſt cōtēdere forma.
Hæc obit inclinata: at pars exorta Corona eſt
Altera, cum caudaq; omnis iā pāditur Hydra.
At caput & totum ſeſe Centaurus opacis
Eripit è tenebris linquens veſtigia parua
Ante pedum contecta, ſimul cū lumine pandit,
Ieſe ferā dextra retinet: prolabitur inde (guis
Angui tenēs capite & manibus ꝑfert ſimul An-
Iam caput & ſummum flexo de corpore lumen.
Hic ille exoritur conuerſo corpore Niſus
Aluū, crura, humeros, ſimul & p̃cordia luſtrās,
Et dextræ radios lato cum lumine iactans.
Inde Sagittipotens ſuperas conuiſere luces
*Inſtitit, & mergit Niſi caput: & ſimul effert
Seſe clara Fides, & promit corpore Cepheus.
Feruidus ille Canis toto cum corpore cedit,
Abditur Orion, obijt ſimul abditus vmbra eſt.
Inferiora cadunt Aurigæ lumina, lapſum
Crus dextrūq; pedē linquēs obit infera Perſeus
In loca, tum cedens à puppi linquitur Argo:
Inde obiens Capricornus ab alto lumine pellit

Aurig

Universidad de [illegible] Biblioteca



Aurigam, inſtātēq; Caprā, paruos ſimul Hædos
Et magnam antiquo depellit nomine nauem.
Obruitur Procyon, emergunt alite lapſu.
Et terris volucris exſiſtit clara Sagitta.

*

Priſc. li. Quem neque tempeſtas perimet, neq; longa ve-
tuſtas
Interimet, ſtinguens præclara inſignia cæli.

*

## M. Tullij Ciceronis Alcyones.

*

Nonius, ALCYON genuit claris delapſus ab aſtris
Præuius. Præuius auroræ ſolis, noctiſque ſatelles.

*

## M. Tullij Ciceronis Limon.

*

Donatus in vita Terét. TV quoque, qui ſolus lecto ſermone Terenti
Conuerſum expreſſumque Latina voce Menan-
drum
In medio populi ſedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia lin-
quens.

*

## M. Tullij Ciceronis Marius.

*

Cicero leg. NVNTIA fulua Iouis, miranda viſa figura.

*

Cicero diuin. Hic Iouis altiſoni ſubito pinnata ſatelles

Arboris



Arboris è trunco ſerpentis ſaucia morſu.
Ipſa feris ſubigit transfigens vnguibus anguem
Semianimum, & varia grauiter ceruice mi-
cantem,
Quem ſe intorquentem lanians, roſtroque
cruentans,
Iam ſatiata animos, iam duros vlta dolores,
Abijcit efflantem, & laceratū affligit in vnda,
Seque obitu à ſolis nitidos conuertit ad ortus.
Hanc vbi præpetibus pennis, lapſuq; volantem
Conſpexit Marius diuini numinis augur,
Fauſtaque ſigna ſuæ laudis redituſq; notauit:
Partibus intonuit cæli pater ipſe ſiniſtris.
Sic aquilæ clarum firmauit Iupiter omen.

## M. Tullij Ciceronis Prognoſt.

*

VT cum Lunæ means Hyperionis officit orbi, Priſc. l 10.
Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

*

Aſt autem tenui quæ candet lumine Phatne. Priſc. 16. &

*

Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros Cice 1. diuin
Inflatum mare, cum ſubito penituſque tumeſcit
Saxaque cana, ſalis niueo ſpumata liquore,
Triſtificas certant Neptuno reddere voces:
Aut denſus ſtridor cum celſo è vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcopulorum ſæpe repulſu.
Cana fulix itidem fugiens è gurgite ponti,
Nuntiat horribiles clamans inſtare precellas

Haud

Universidad de Deusto Biblioteca

Haud modicos tremulo fundẽs è gutture cãtus.

*

Sæpe etiam pertriſte canit de pectore carmen,
Et matutinis Acredula vocibus inſtat.
Vocibus inſtat, & aſsiduas iacit ore querelas,
Cum primum gelidos rores aurora remittit.
Fuſcaque nonnumquam curſans per littora
cornix
Demerſit caput, & fluctum ceruice recepit.
Vos quoque ſigna videtis aquai dulcis alumnæ,
Cum clamore paratis inanes fundere voces,
Abſurdoque ſono fontes, & ſtagna cietis.
Mollipedeſque boues ſpectantes lumina cæli
Naribus humiferum duxere ex aëre ſuccum.

*

Iam vero ſemper viridis, ſemperque grauata
Lentiſcus triplici ſolita eſt grandeſcere fetu,
Ter fruges fundens, tria tempora monſtrat a-
randi.

*

iſc. lib. Caprigeni pecoris cuſtos de gurgite vaſto.

*

M. Tullij Ciceronis de ſuo
conſulatu lib. II.

Cicero Diuin. PRINCIPIO æthério flammatus Iupiter igni
Vertitur, & totum colluſtrat lumine mundum
Menteque diuina cælum terraſque peteſsit:
Quæ penitus ſenſus hominum, vitaſq; retentat,
Aetheris æterni ſepta, atque incluſa cauernis.





Et, ſi ſtellarum motus curſuſque vagantes
Noſſe velis, quæ ſint ſignorum in ſede locatæ,
Quæ verbo, & falſis Graiorum vocibus errãt,
Re vera certo lapſu, ſpatioque feruntur:
Omnia iam cernes diuina mente notata.
Nam primũ aſtrorum volucres te cõſule motus,
Concurſuſque graues ſtellarum ardore micãtes
Tu quoque, cum tumulos Albano in monte ni-
uales
Luſtraſti, & læto mactaſti lacte Latinas,
Vidiſti, & claro tremulos ardore cometas,
Multaque miſceri nocturna ſtrage putaſti,
Quod ferme dirum in tempus cecinere Latinæ,
Cum claram ſpeciem concreto lumine luna
Abdidit, & ſubito ſtellanti nocte perempta eſt.
*Quid vero Phœbi fax triſtis nuntia belli.
Quæ magnum ad columen flammato ardore
volabat,
Præcipites cæli partes, obituſque petiſſet:
Aut cum terribili perculſus fulmine ciuis
Luce ſerenanti vitalia lumina liquit:
Aut cum ſe grauido tremefecit corpore tellus.
Iam vero variæ nocturno tempore viſæ
Terribiles formæ bellum, motuſque monebant:
Multaque per terras vates oracla furenti
Pectore fundebant triſtes minitantia caſus.
Atque ea, quæ lapſu tandem cecidere vetuſto,
Hæc fore, perpetuis ſignis clariſque frequentãs
Ipſe deum genitor cælo, terriſque canebat.

Universidad de D... Bibliote...

Nūc ea, Torquato quæ quondā, & cōſule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis haruſpex,
Omnia fixa tuus glomerās determinat annus.
Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo,
Ipſe ſuos quondam tumulos ac templa petiuit,
Et capitolinis iniecit ſedibus ignes.
Tum ſpecies ex ære vetus, generataque Nattæ
Concidit, elapſæque vetuſto numine leges:
Et diuum ſimulacra peremit fulminis ardor.
Hic ſiluestris erat, Romani nominis altrix
Martia, quæ paruos Mauortis ſemine natos
Vberibus grauidis vitali rore rigabat:
Quæ tum cum pueris flammato fulminis ictu
Concidit, atque auulſa pedum veſtigia liquit.
Tū quis nō, artis ſcripta ac monumēta volutās,
Voces triſtificas chartis promebat Etruſcis?
Omnes ciuili generoſam ſtirpe profectam
Vitare ingentem cladem, peſtemque monebant;
Vel legum exitium conſtanti voce ferebant,
Templa deumq; adeo flammis, vrbeſq; iubebant
Eripere, & ſtragem horribilem, cædēq; vereri,
Atque hæc fixa graui fato, ac fundata teneri,
Ni poſt exciſum ad columen formata decore
Sancta Iouis ſpecies claros ſpectaret in ortus.
Tum fore, vt occultos populus, ſanctuſq; ſenatus
Cernere conatus poſſet, ſi ſolis ad ortum
Conuerſa, inde patrum ſedes, populiq; videret.
Hæc tardata diu ſpecies, multumque morata,
Conſule te tandem celſa eſt in ſede locata:





Atque vna fixi ac ſignati temporis hora
Iupiter excelſa clarabat ſceptra columna:
At clades patriæ flamma, ferroque parata,
Vocibus Allobrogum patribus populoq; patebat.
Rite igitur veteres, quorum monumēta tenetis,
Qui populos, vrbeſq; modo ac virtute regebāt,
Rite etiam veſtri, quorum pietaſq;, fideſque
Præſtitit, ac longe vicit ſapientia cunctos,
Præcipue ingenti coluerunt numine diuos.
Hæc adeo penitus cura videre ſagaci,
Otia qui ſtudijs læti tenuere decoris,
Inque Academia vmbrifera, nitidoque Lyceo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.
E quibus ereptum primo iam à flore iuuentæ,
Te patria in media virtutum mole locauit,
Tu tamen anxiferas curas requiete relaxas,
Quod patriæ voces ſtudijs, nobiſque ſacraſti.

*

Atque animo pendens noctis euenta timebāt. Nonius, Euentus.

*

M. Tullij Ciceronis de ſuo conſulatu lib. III.

*

Interea curſus, quos prima à parte iuuentæ, Cicero 2. Att.
Quoſq; adeo conſul virtute animoque petiſti,
Hos retine, atque auge famam laudeſque bonorum.

*

Universidad de Deusto Biblioteca



### M.Tullij Ciceronis de ſuis temporibus.

*

Quinct. lib. 11. cap.1. *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.*

*

Quinct. lib.9.cap.4. *O fortunatam natam me conſule Romam.*

*

### M.Tullij Ciceronis eleg. Tamelaſtis.

*

Seruius in 1. Æneid. *Iam mare Tyrrhenum longe penituſq; palumbes Reliquit.*

*

### M. Tullij Ciceronis Homeri conuerſio.

*

Auguſt. li. 5. cap. 8.ciu. *Tales ſunt hominum mentes, qualis pater ipſe*
*Iupiter auctiferas luſtrauit lumine terras.*

*

### M.Tullij Ciceronis iocularis libellus.

*

Quinct. li 8. cap. vltimo. *Fundum Varro vocat quem poſſim mittere funda:*
*Ni tamen exciderit, qua caua funda patet.*

*

M. T.



M. T. C.

## FRAGMENTA LIBRORVM INCERTORUM.

### Ex Auguſtino epiſt. 1.

*

*Nullum vnquam verbũ, quod reuocare vellet, emiſit.*

*

### Lib. 2 contra Iulianum Pel.

*

*De plebeia fice ſellulariorum. Auguſt.*

*

### Lib.4.contra eundem.

*

*Eorum quippe opinioni conuenienter ait quodam loco Tullius, ſe non putare idem eſſe arietis, & P.Africani bonum.*

*

### Lib.5.cap.2.ciuit.

*

*Hippocrates nobiliſſimus medicus ſcriptum reliquit, quoſdam fratres, cum ſimul ægrotare cœpiſſent, & eorum morbus eodem tempore ingraueſceret, eodem leuaretur, geminos eſſe ſuſpicatum. Auguſt.*

*

 Lib.5.

Lib. 5. cap. 27. ciuit.

*

*O miſerum, cui peccare licebat. Auguſt.*

*

Lib. 22. cap. 22. ciuit.

*

*Philoſophiam dij paucis quibuſdam veram dederunt. Auguſt.*

Ex Auſonio lib. de monoſyllab.

*

*Seps. Auſon.*

*

Ex Columella lib. 3. cap. 8.

*

*Romanum fuiſſe ciuem Næuium Pollionem, pede longiorem quam quemquam longiſſimum. Columel.*

*

Ex Diomede lib. 2.

*

*Qui fuit locus religioſiſſimus, is erit deſertiſſimus, & cuſtodia caſtrorum non honoris, ſed oneris exiſtimatur.*

*

Ex Donato in vita Terent.

*

*Comœdia eſt imitatio vitæ, ſpeculum conſuetudinis, imago veritatis.*

*In Andr.



*

In Andr.

*

*Non ſolum videam, ſed etiam audiam, pleneque ſentiam.*

*

Ex Feſto lib. 16.

*

*Ructaretur*

*

Lib. 18.

*Teſqua*

*

Ex Fortunatiano.

*

*Ferem*

*

Ex Gellio lib. 10. cap. 18.

*

*Mauſolus Rex terræ Cariæ*

*

Ex Hieronymo ſuper obitum Paullinæ.

*

*Cæſar cum quoſdam ornare voluit, nō illos honeſtauit, ſed ornamenta ipſa turpauit.*

*

Ex Iſidoro lib. 19. cap. 1.



Universidad de Deusto Biblioteca

*Tunc ſe fluctigero tradit mandatque paroni.*

*

Ex Lactantio lib. 1. cap. 15.

*

*Atque adeo in pleriſque ciuitatibus intelligi poteſt, acuẽdæ virtutis gratia, aut quo libentius reipub. cauſſa periculum adiret optimus quiſque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam.*

*

lib. 3. cap. 6.

*

*Recteque Tullius ciuiles viros qui remp. gubernant, qui vrbes aut nouas conſtituant, aut conſtitutas æquitate tueãtur, qui ſalutem, libertatem ciuium, vel bonis legibus, vel ſalubribus conſilÿs, vel iudicÿs grauibus conſeruent, philoſophiæ doctoribus præfert.*

*

lib. 5. cap. 11.

*

*Etenim ſi nemo eſt qui non mori malit, quam conuerti in aliquam figuram beſtiæ, quamuis mentem hominis habiturus, quanto eſt miſerius, in hominis figura animo eſſe efferato? mihi quidem tanto videtur, quanto eſt præſtabilior animus corpore.*

*

lib. 6. cap. 24. in fine.

* Lex

Universidad de Deusto Biblioteca



*

*Lex dei præclara & diuina ſemper, quæ recta & honeſta iubet, vetat praua & turpia: cui parentem ſanctiſſimæ ac certiſſimæ legi, iuſte ac legitime neceſſe eſt viuere.*

*

lib. 7. cap. 8.

*

*Quoniam vtraque earum ſentẽtiarum doctiſſimos habuit auctores, nec quid certi ſit, diuinari poteſt.*

*

lib. 7. cap. 11.

*

*Nihil eſt, quod ſit manibus humanis laboratum, quod nõ aliquãdo ad interitum redigatur, vel iniuria hominum, vel ipſa cõſectrice omnium vetuſtate.*

*

Ex Marcellino lib. 15.

*

*Et quamquam optatiſſimum eſt, perpetuo fortunam quam florentiſſimam permanere: illa tamen æqualitas vitæ non tantum habet ſenſum, quantum cum ex ſæuis & perditis rebus ad meliorem ſtatum fortuna reuocatur.*

*

lib. 19. in fine.

*

*Cum parcere vel lædere potuiſſem, ignoſcendi quærebam cauſſas, non puniendi occaſiones: quod iudicis lenti & cōſiderati eſt proprium.*

lib. 26. prope finem.

*

*Infelices eſſe, qui omnia ſibi licere exiſtimarūt.*

*

lib. 31.

*

*Erithreo oppido ſuperpoſitum mōtem Mimāta.*

*

Ex Nonio.

*

* *Arcera*

*

Ex Plinio in præfat.

*

*In libris de republ. Platonis me comitem profiteor: in Conſolatione filiæ Crātorem ſequor: item Panætium de officijs.*

*

lib. 3. cap. 2.

*

*Feminas omnes viſu nocere, quæ duplices pupillas habent.*

*

lib. 7. cap. 21.

*

*In nuce incluſam Iliada Homeri carmen in mem*



*membrana ſcriptum.*

*

lib. 7. cap. 21.

*

*Fuiſſe qui peruideret* CXXXV. M. *paſſuum.*

*

lib. 7. cap. 43.

*

*P. Ventidium mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe.*

*

lib. 29. cap. 4.

*

*Formicas ſoliuagas.*

*

lib. 29. cap. 4.

*

*Muſtela catulos ſuos quotidie transfert, mutatque ſedem.*

*

lib. 30. cap. 5. in fine.

*

*Animalia byturos vocari, qui vites in Campania erodant.*

*

lib. 31. cap. 2.

*

*Cicero in admirandis poſuit, Reatinis tantum paludibus vngulas iumentorum indurari.*

* lib.

lib. 31. cap. 1.

*

*Quædã terræ imbribus ſicciores fiunt, veluti in Narnienſi agro, quod admirãdis ſuis inſeruit M. Cicero, ſiccitate lutũ fieri prodens, imbre puluerem.*

*

Ex Quinctiliano lib. 8. cap. 6.

*

*Hoc miror enim, querorq; hominem ita peſſum dare verbis alterum velle, vt etiam nauem perforet, in qua ipſe nauiget.*

*

lib. 11. cap. 1.

*

*Non ſe id egiſſe, vt ita diceret quo modo ſe quilibet poſſe conſideret, ſed quo modo nemo.*

*

Ex Seneca lib. 1. Tranq.

*

*Gladiatores inuiſos habemus, ſi omni modo vitam impetrare cupiunt: fauemus, ſi contemptum eius præ ſe ferunt.*

*

in epiſt.

*

*Si mihi vitæ ſpatium duplicetur, vel ijs tãtummodo poëtis percurrẽdis, qui λυρικοὶ à Græcis vocantur, non eſſet ſuffecturum.*

* Ex

Universidad de Deusto Biblioteca



*

Ex Seruio in 3. Georg.

*

*De accuſatore lege quincta dicta.*

*

in 5. Aeneid.

*

*Ad militiam euntibus dari ſolebant cuſtodes, quibus primo anno regerentur.*

*

in 6. Aeneid.

*

*Eſt autem cauſſa difficilis, laudare puerum, non enim res laudanda, ſed ſpes eſt.*

*

Ex Solino cap. 2.

*

*Romam cõditam olympiadis ſextæ anno tertio.*

*

24

este li^o [illegible] Mñ de Ardanza … Año de 1766 …

Universidad de Deusto
Biblioteca

# OBSERVATIONES RERVM ET VERBORVM IN FRAGMENTIS Ciceronis memorabilium.

Academicis ſecundæ partes ab omnibus philoſophis tributæ. 115
Academicorũ mos ſententiæ ſuæ occultandæ. 117
Acipenſer. 120
Accõmodat verbi nota. 109
Accuſationis diſtinctio. 32
Acetum Aegyptiũ. 102
Acredula. 144
Adhamare honores. 113
Admodum, qua nota ſcriberetur. 109
Adoleſcẽtes Græcorũ. 83
Adprobat, qua nota ſcriberetur. 109
Aegeum mare. 140
Aegyptus. 102
Aër. 118
Aequor mare cur appellatum. 113
Aeſchines tragœdias actitauit. 81
Aetas ferrea. 124
Africa prouincia à Catilina expilata. 24
Agriculturæ ſcientia quã ſit neceſſaria. 87
Agriculturæ præcepta quædam. 60. 80
Alabaſter. 113
Alba. 47
Albana ſacra. 145
Albanæ columnæ. vide Columna.
Alcyon. 142
Alcyone ſtella. 127
Aluearium. 60
Ambitus. 14
Ambitus quæritur etiam in diuiſores. 14
Amicitiæ quam ſint religioſe tuendæ. 37
Ancharius Rufus. 5
Ancus Rex. 64
Andromedæ ſidus. 126
Anguis ſidus. 123
Anguitenens. 138. Vide Ophiuchus.
Animaduerſio. Vide Cenſor.
Animum hominis eſſe immortalem. 106
Annalis. 8
Annus vrbis 600. 75
Annus vere vertens, ſiue magnus. 93
Antiochus. 49
Antipater. 112
Antonius M. 34
Apollinis ædes. 23
Appij cum Cicerone inimicitiæ. 51
Aqua. 118
Aquarius. 135
Aquillius. 33
Ara cæleſtis. 132
Arcera. 154
Arcades proſeleni. 8
Arceſilas. 117
Architecturæ ſcientia patriſfamilias neceſſaria. 8
Arcti. 123. 125
Arctophylax. 123
Arcturus. 123
Argo cæleſtis imago. 139. 141
Arietis ſidus. 125
Ariminum. 46
Ariſto Chius. 94
Ariſtodemus. 81
Ariſtotelem explicare ſi legas perarduũ. 92
Ariſtoteles citatur. 103
Aſſimulare. 63
Atho mons. 79
Aurigæ ſidus. 141
Balbus. 43
Balnea ſuſpenſa. 100
Beatos nõ eſſe, qui viuant, vt velint. 94
Beati omnes eſſe volunt. 93
Bibulus. 53
Blanditia nota leuitatis. 84
Bonus vir. 71

Bonum

Universidad de Deusto Biblioteca



Bonum non idem Africani et arietis. 149
Bootes. 139
Boſtar. 32
Boues pluuiã præſentiunt. 144
Brachialia. 85
Breuiloquentia. 87
Brutus. 50
Byturi. 155
CAdmi progenies. 107
Cæcilius Q. Coſ. 11
Cæcilius Q. à Catilina occiſus. 21
Cæpio Q. 35
Cæſaris ædilitas. 53 eloquentia. 43. eius honores. ibidem.
Cæſoninus. 39
Calantica. 29
Callidus M. 26
Camillus. 43
Cancri ſidus. 124. 134. 136. 138
Canis ſidus. 135. 142
Capedines. 88
Capræ ſidus. 124. 142
Capricorni ſidus. 127. 128. 131. 135. 137
Carneadis ingenium. 69. 112
Carthaginis anni. 66
Caßiopea ſtella. 126
Caſtrorum cuſtodiæ dignitas. 150
Catilima prætor Africã deprædatus eſt. 24
Catilinæ ſcelera. 21. iudicium & abſolutio. ibidem
Cato M. Cẽſorinus. 81
Cato M. Vticenſis. 104
Catonis animus. 54
Celene ſtella. 127
Celeritas in actione reprehenſa. 10
Cenſoria damnatio, cur animaduerſio dicitur. 82
Cenſorium iudicium nihil adfert dãnato præter ruborem. 83
Cenſorium officiũ docere viros moderari vxoribus. 83
Centauri ſidus. 133
Cephei ſidus. 128





Chelæ. 133. 135. 139
Chorus canentium. 58
Chryſippus. 115. 120
Ciceronis petitio præturæ. 25
Cicero prætor quæſiuit de repetundis. 9
Cicero prætor diſſuadet ne quæratur de Syllæ bonis. 13
Cicero cum Appio redit in gratiam per Pompeium. 51
Cicero defendit Mucium. 22
Cituma. 63
Ciuitas quid. ibidem
Ciuilis vita philoſophica potior. 152
Ciuiliter viuendum, ſcienda philoſophia. 53
Claterna. 48
Cleon. 80
Codicem legere. 12
Collegium Corneliorum, vide Corn.
Columnæ Albanæ. 35
Cominius. 9
Cõmodus vocis nota. 109
Commiſſura. 9
Communio rerũ Platonicæ ciuitatis. vide Plato.
Comœdia quid. 150
Cælos eſſè plures Epicurei credebant. 93
Comprobat verbi nota. 109
Compluria. 62
Concertatio. 62. 83
Conchilium 89
Concio. 12
Confidẽtia actori cauſarum neceſſaria. 9
Cõfiteri & profiteri. 8
Coniugium cur à natura cõparatum. 56
Conſecratio magnorũ virorum. 107
Conſtituere omnibus rebus, ſtatuere vni. 4
Conſtitutum ius. 5
Conſules Scæuola & Craſſus. 12
Cæcilius, Iunius. ibid.
Cotta & Torquatus. 146

Universidad de Deusto Biblioteca

146
Conſulares. 18
Controuerſor. 62
Conuiuij deſcriptio. 26
Cornelius Cn. 13
Cornelij tribunatꝰ. 18
Cornelius Manilio legē de libertinis dedit. 10
Corneliorum Romæ multitudo. 14
Corneliorum collegium. ibid.
Coronæ ſidus. 123.137
Coronæ in cōuiuijs. 26
Corui ſidus. 133
Cottæ C. prudētia. 11. ipſe de ſuis ll. abrogandis refert. ibid.
Cotta C. Conſul. 15
Craſſi L. Oratoris genus dicendi. 6
Craſſus & Scæuola Coſſ. ſapiētiſsimi. 11
Craſſus L. ob metū iudicij ſe interemit. 33
Crateris ſidus. 135
Cupidinum ſimulacra in Gymnaſijs. 119
Curio. 74. Cur. Q. 25
Cynoſura. 122
Cyrus minor. 61
Decemuiri. 38
Delphin ſidꝰ. 129
Deltoton. 125
Deliaci mercatores. 19
Democritus. 93
Dialectica. 93
Dictator. 64
Dicteria. 42
Dignitas. 53
Dignitas quibus rebus comparatur. 24
Dignor. 56
Diligentia in re familiari. 56
Diuiſorum pœna. 14
Diuitiæ. 19.74
Diuitiæ priſcorū Rom. 69
Dolabella Cn. 13
Dominatus naturalis. 78
Domitius Cn. eripit collegijs cooptandi ius. 19
Eclipſi Solis Romulus perijt. 76. Vid. Romul.



Edictum de bonorum poſſeſsione. 13
Educationis vis. 92
Electræ ſtella. 127
Eloquentia quæ non habet admirationē nulla eſt. 51
Engonaſis. 123
Ennij loci. 7[illegible]8
Epiſtolæ vocis nota. 109
Epicureorum dogmata. 93
Equorum domatio. 101
Equi ſidus. 125.139
Equites. 23
Equitum iudicia. 16
Eridanus cæleſtis. 130
Erucius. 6
Eteſiæ. 124
Eunuchi Syriaci, & ex Aegypto. 19
Excello. 52
Extēporalis vocis nota. 109
Fabius P. 4
Factū ab eo credi debet, cuia interfuit. 6
Faſces populo demittebantur. 64
Faſciæ pedum muliebres. 29
Faſti à Flauio publicati. 64
Fauonius ventus. 132
Fauoris vocis nouitas. 51
Felicitas quid. 43
Fides vnde dicta. 84
Fides, ſidus. 127.141
Fœnei homines. 9
Fortitudo quid ſit. 33
Fulginas præfectura, idemq; municipiū. 5
Fundus quid. 148
Gabinij A. tribunatus. 13
Geminorū imago cæleſtis. 134
Gemini ſimul ægrotātes. 149
Gladiatores. 22. & 25
Gracchi caritas. 89
Gracchorum trib. 18
Græcorum inſtituta quædam. 83
Græcis putarūt veteres melius alt inge-

Universidad de Deusto Biblioteca

mia, quam Latinis exercitationibus. 42
Gymn. ſimulacra. 119
HEctor. 105
Helleſpontus. 38
Hercul. Antianus. 46
Herodoti ſuauitas. 92
Hippocrates. 149
Hædi cæleſtes. 142
Homeri ætas. 75
Homeri Ilias in nuce incluſa. 154
Homerus emiſſus ex Platonis ciuitate. 82
Homo, vox, qua nota ſcriberetur. 109
Homines ſœnei. ſupr. Fœnei.
Hom. ſoli ingenerata cupiditas ſciētiæ. 114
Honorem virtus deſiderat. 76
Honores in indignos collati. 151
Honor in iuuãdi non in nocendi facultate conſiſtit. 10
Hoſpites. 59
Hyade. 125
Hydræ ſidus. 138
Hyperbolus. 80
IAniculum. 23
Ignis. 118
Imberba. 39
Immodeſtus vocabuli nota. 109
Immodicus qua nota exciperetur. ibid.
Improbus vox, qua nota ſcriberetur. 109
Incommodus vocabuli nota. ibidem.
Iniuſtitia. 69
Inſubres. 39
Inſulæ beatorum. 95
Intercedēdi legi tempus. 12
Iudicia penes equites, & ſenatores lege Plotia. 16
Iudiciorum corruptorum pœna. 82
Iudex cōſideratus ignoſcendi quærit cauſſas. 154
Iudiciorũ priuatorum lex Cottæ. 11
Iudicium populi. 32




Iudiciũ cenſorium. 83.
Iulius Sex. Coſſ. 11
Iunius M. Conſ. ibid.
Iurgium quid. 83
Ius Pontificium. 85
Ius an ſit naturale. 70
Ius ſine iuſtitia nō eſt. 77
Ius eſſe quod potētiori vtile ſit falſo dicit. 78
Iuſtitia reſpubl. continetur. 70
Iuſtitia ſumma ſtultitia eſt. 4
LActeus orbis. 134
Lælij. 19
Lælij oratio. 88
Latine quis docere cæperit. 42
Lauernium. 120
Laurea. 90
Legem dare & ferre &c. 10
Legem abrogare. 11
Legum ferēdarũ mos, iiſq; intercedendi. ibidem.
Legum promulgatio per trinundinum. 12.
Leges impediētes rem militarem abrogatæ. 11
Leges ſacratæ. 15
Leges Liuiæ. 18
Leges Maniliæ duæ. 10
Lex æterna. 60
Lex duodecim tab. de iniurijs. 81.
Lex Roſcia. 16
Lex Seruilia. 32
Lex Varia maieſtatis. 16. 32
Leonis ſidus. 124. 133
Lepidus. 46
Leporis ſidus. 129. 131. 135
Libertinorum ſuffragia. 10
Libidines graues cogitationum duæ. 88
Licinius. 25
Liris fl. 119
Lis quid. 84
Litteræ vocis nota. 109
Locupletes vnde dici cæpti. 69
Legi. 27

Universidad de D Bibliot

Lucrinum. 114
Ludus. 38
Luna. 113
Lupercor. vectigal. 47
Lupercalia. 54
Luſcij damnatio. 23
Lycurgi inſtitutio. 83
Lycij. 38
Lyſander. 61
Magiſter populi. 64
Magiſter equitũ. ibid.
Maiæ ſtella. 127
Maieſtatis iudiciũ. 16
Mauſolus. 151
Marcelli. 19
Marcellus qui bello Annibalis floruit. 87
Marcius rex Numæ nepos. 64
Mare cæruleum, planum. 113
Marij augurium. 141
Maſtruca veſtis Sardorum peculiaris. 34
Materia omnium antiquiſſima. 117
Maximus Fabius conſideratus & lentus. 87
Mel Hymettium. 102
Memoria. 95
Menander. 142
Menelai genus dicendi. 87
Mens præuidet, meminit. 80
Mercatores. 19
Merope ſtella. 127
Metelli Q. nobilitas, virtus, iuſiurandũ. 9
Metellus Pius Q. 24
Metellus L. 25
Militia prouicialium. 7
Militum præmia. 46
Mneſarchus. 112
Modeſtus vocabuli nota. 109
Modicus vocabuli nota. ibid.
Modulus vocabuli nota. ibid.
Modus dictio, qua nota exciperetur. ibid.
Monumentũ quid ſit, & vnde nomen habeat. 44



Mos naturæ imitator. 99
Mors. 119
Mucius Q. trib. 22
furti accuſatus. ibid.
Mulieres cur viris imbecilliores natura produxerit. 57
Mulieribus famoſis oſculum cognati ferebant. 83
Mulieres Rom. cauebant vino. 83
Mulierum antiquarũ mos lauãdi vultũ. 29
Mulierum mos vocis molliendæ. ibid.
Mulierum præfecti apud Græcos. 83
Mulierum conuiuiũ. 26
Mummius L. 19
Municipium, itemque præfectura Fulginas. vide Fulginas.
Muto Q. 8
Naeuius Comicus. 18
Nauticæ præceptũ. 122
Negligentia. 58
Nepa. 132. 135
Nereides. 141
Nicomachus Tyrius. 95
Niſus, vel Nixus. 127. 139. 141. Vid. Engonaſis.
Nobiles fugere debent blanditiam & oſtentationem. vide princeps ciuit.
Nobilitas quid ſit. 50
Noctis effectio. 80
Nodus cæleſtis. 126
Norma. 114
Notæ quarumdam vocum. 109
Occidere eũ quo potes occidi nõ licet. 4
Olympus. 79
Ophiuchus. 123
Oppidum ab ope. 105
Oppius Cottam telo appetit. 7
Optimatis deſcript. 64
Orata. 99
Orationis ſuauitas. 92
acrimonia. ib. Leuitas.

Universidad de ... Biblioteca

tas.ibid.Breuitas.ib.
Oratorum summum in permouendis animis ſtudium. 26
Ordinis præſtantia.58
Ordo & diſpoſitio in re familiari.ibid.
Orichalcum. 71
Oriõ.125.129.130.140
Oſcinis. 91
Oſtentatio eſt ſignum leuitatis. 84
PAllia. 89
Pallas. 136
Par ꝑ pari reddere.31
Paro. 152
Parſimonia optimum & familiæ & reip. vectigal. 83
Paſtores. 21
Patricij & plebei. 34
Patrifamilias culturæ, architecturæ, logiſticæ cognitio neceſſaria. 87
Paullus L. 19. 91
Pauperes cõtemni ſolent. 42
Paupertas. 58
Pecuda 84
Pecunioſi à pecu. 69
Per idem tempus locutio, qua nota exciperetur. 109
Perpendiculum. 114
Perſei ſidus. 126
Per tempus qua nota ſcriberetur. 109
Petulãtia à petẽdo. 84
Phaëthõtis ſorores.130
Phatne. 143
Philerotis nomen vulgatiſsimum. 14
Philippus. 46
Philippus rex Maced. 81
Philiſti breuitas. 92
Philoſophia. 53
Philoſophi quam ſero eſſe cœperunt. 93
Philoſophia paucis à dijs data. 150
Phœnices. 122
Phryges. 38
Piſces ſidus.130.131.137
Piſcis Auſtralis.131.135
Piſonum nomen. 40
Piſo C. 40





Piſtrix ſidus. 140
Placentiæ municipij dignitas. 40
Plancus. 46
Plato in Aegyptum diſcendi cauſſa profectus. 65. item in Italiam.
Platonis ciuitatis rerum communio. 84
Plebei & patricij, ſupra Patricij.
Plotius L. primus Latine docuit. 42
Pluuiæ ſigna. 144
Poëmatorum. 27
Pœnæ ciuiles. 76
Pœnarum genera .119
Poëtarum Græcorum libertas. 81
Poëtis Romæ licentia maledicendi præcluſa. ibid.
Poli. 122
Pollio Næuius. 150
Pompeius Cn. pater Magni. 16
Pontifex habet comitia trib.pleb. 15
Pontificum ſimpuuia & capedines. 88
Põtificiũ ius. vide Ius.
Pontius. 120
Populi definitio. 63.77
Populo laſciuiẽti quomodo reſiſtendum. 85
Popularis aura. 82
Poſſeſsio bonorum ex edicto. ſupra edictum.
Poſsidonius. 95
Præfectura Fulginas, itẽq; municipium. 5
Prætor. 9
Principes ciuitatis. 23
Principi ciuitatis fugienda oſtentatio & blanditia. 84
Principis ciuitatis cura, & ſtudium. 86
Principũ ciuitatis bonorum præmia. 90
Probabilia. 117
Probabilis vocabuli nota. 109
Probitas vox qua nota ſignificaretur.ib.

Universidad de D[...] Bibliote[...]



Procacit. à procãdo. 84
Procyon. 138.141.84
Profiteri. 8
Promulgatio. vide lex
Propontis. 38
Proſcriptorum filij iure honorũ ſpoliati. 27
Proſeleni. 8
Prouidẽtia diuina. 117
Prouidentia prudentiæ pars. 88
Prouocatio à regibus. 64
Prudentia à prouidendo. 86.93
Prudẽtiæ partes tres. 95
Pſeudomenes. 97
Puerorũ Spartanorum diſciplina. 83
Puncta. 9
Purpura. 9
Quemadmodum aduerbij nota. 109
Quercus. 112
Ranæ pluuiã præſentiunt. 144
Ratiocinandi ars quã ſit neceſſaria. 87
Reconciliatæ gratiæ officia. 37
Repetundæ. 9
Reproba verbi nota. 109
Reſpub. quid. 77
Rerũpub. formæ tres. 77
Reip. interitus nõ poteſt eſſe naturalis. 77
Reſponſum elegãs cuiuſdã piratæ. 72.73
Rhetorum odium. 87
Roma quo tẽpore condita. 157
Romuli ætas erudita 75
Romuli cõſecratio. 75
Romulus. 75. defectione ſolis perijt. 96
Rutilius P. 32
Sagittæ ſidus. 138. 142
Sagittarius. 137
Salarius. 6
Samiæ. 88
Samnites. 74
Sapientia. 79.93

Sard



Sardinia. 32.34
Sardi accuſant Scaurum. 31
Saturn. tribunatus. 18
Scæuola & Craſſus conſules ſapientiſſimi. ſupra Craſſus.
Scaurorũ nobilitas. 36
Scaurus ſenatus princeps. 36
Scenici Romæ contemptiſsimi. 82
Scipionis odium Rhetorum. 87
Scipio Cn. 81
Scipio P. adoleſcens. 13
Scorpius. 118.132. ſupr. Nepa.
Scripti xij. 97
Scrobes. 62
Scythis antiquior lætitia quam lucrum. 48
Seceſsiones pl. Rom. 15
Sectio. 38
Seditio vnde nomen nacta. 89
Senatus. 28
Senat. quattuor modis ſtatuit de legibus. 11
S. C. de lege Calpurnia. 11
S.C. de lege Cornelia, de ambitu. 14
Senatuſconſulta de legũ derogationibus. 11
Seps. 155
Septentriones. 122
Septimij L. genus dicendi. 6
Sepulturæ ius ad Pontifices ſpectabat. 85
Sequeſtres. 20.
Serracum 39
Serpentis ſidus. 139. ſupra Anguis.
Seruiendi diſsimilitudines. 78
Seruit. iniuſta quæ. 72
Seruius rex ignota matre. 64
Signifer. vide Zodiacus.
Silanus M. cõſularis 19
Simpuuia 88
Siſenna L. in gratificando iure liber. 13
Sitella in comitijs. 12
Sol. 120. Sola loca. 8

Sorita

Universidad de Deusto Biblioteca

Trita. 97
Sortitio. 12
Sortium æquatio. ibid.
Speculum. 29
Spondei grauitas. 108
Statua. 35
Statuere. 4
Sterope ſtella. 127
Stiua 35
Stoicorum de ſapiente opinio. 115
Strophium. 29
Suaſoris finis eſt vtilitas. 52
Suauiloquentia. 87
Subactio agrorum. 92
Suffragia. 10. vide Libertin.
Sulpicij tribunatus. 18
Superſtite. 54
Syllabæ vocabuli nota. 109
Symphoniæ cantus. 26
Syria. 19
TAntaſius. L. 21
Tauri ſidus. 125. 129. 135
Taygete ſtella. 127
Temporalis vocabuli nota. 109
Tempus vocem, qua nota ſcripſerint actuarij. 109
Terpolius M. 19
Terentius. 31
Terra. 118
Teſqua. 151
Teſtes pelliti. 36
Thales. 93
Theophraſti genus dicendi mite. 92
Theopompi acrimonia. ibid.
Thucydidis grauitas. ibid.
Timor imbecillus pudoris magiſter. 99
Titan. 127. 137
Tormenta. 17
Tragicorum veterum multitudo. 95
Tribu mouere. 82
Tribuni pl. primi duo. 15
Tribuni pl. decẽ. ibid.
Tribuni pl. per ponti. rogati. ib.
Trib. ſeditioſiſſ. & con

Universidad de Deusto
Biblioteca